Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Plautus

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461802



Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

Paucis diebus post tarenti est mortuus.
Postq̃ syracusas de ea re rediit nuncius
Ad auom pueroq: puerum subductum alterum
Patremq pueri tarenti esse mortuum.
Immutat nomen auos huic gemino alteri.
Ita illum dilexit: qui subruptus est alterum
Illius nomen indit illi qui domi est,
Menæchmo idem quod alteri nomen fuit
Et ipsus eodem est uocatus nomine.
Propterea illius nomen nemini facilius.
Quia illum clamore uidi flagitarier
Ne mox erretis: iam nunc prædico prius:
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in epidamnũ pedibus redeundũ est mihi.
Vt hanc rem uobis examussim disputem.
Siquis quid uestrum epidamnũ curari sibi uelit.
Audacter imperato: & dicito. sed ita
Vt det unde curari id possit sibi.
Nam nisi qui non argentum dederit: nugas egerit.
Nam nisi qui dederit: magis maiores nugas egerit.
Verq illuc redeo unde abii: atq uno adsto in loco:
Epidãniensis ille. quem dudum dixeram.
Geminũ illum puerum: qui subripuit alterum
Ei liberorum: nisi diuitiæ nihil erat.
Adoptat illum puerum subrupticium.
Sibi filiũ: eiq uxorem dotatam dedit.
Eumq heredẽ fecit: q̃ ipse obiit diem.
Nam rus ut ibat: forte ut multum pluerat.
Ingressus fluuium rapidum ab urbe haud longule:
Rapide raptori pueri subduxit fides.
Abstraxitq hominem in maximam malam crucem.
Illi diuitiæ euenere maxumæ:
Istic habitat geminus subrupticius
Nunc ille germanus qui syracusis habet
Hodie in epidamnũ uenit cum seruo suo
Hunc quæritatum geminum germanum suum.
Hæc urbs epidamnus est: dum hæc agitur fabula.
Quando alia agetur: aliud fiet oppidum.
Sicut familiæ quoq solent mutari modo.
Peniculus. Parasitus.

Vuentus nomen fecit peniculo mihi.
Ideo quia mensam quando edo detergeo:
Homines captiuos qui cathenis uinciunt:
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia.
Nam homini misero si ad malum accedit malum
Maior lidido est fugere. & facere nequiter.
Nam si ex cathænis eximunt aliquo modo.
Tum compediti ianuam lima præterunt.
Aut lapide excutiunt clauum. nugæ sunt hæ.
Quem tu asseruare recte ne aufugiat uoles
Esca atq potione uinciri debet
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tui illi quod edat: & quod potet præbeas
Suo arbitratu affatim quotidie.
Nunq̃ edepol te fugiet: iam & si capital fecerit
Facile asseruabis. dum eo uinclo uincies.
Ita istæc nimis lenta uincla sunt escaria.
Quam magis extendas: tanto astringant arctius
Nam ego ad menæchmum hunc eo: cui iam diu
Sum iudicatus: ultro eo ut me uinciat.
Nam illic homo homines non alit.
Verum educat recte. atq nullus melius
Medicinam facit ita est adolescens ipsius escæ maxumæ
Cerealis cœnea dat ita mensam extruit
Tantas strucies concinnat patinarias.
Standum est in lecto: si quid de summo petas.
Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit.
Domi domitus sum usq cum caris meis
Neq edo neq emo: nisi quod est carissimum
Id quoq iam cari qui instruuntur deserunt.
Nunc ad eum inuiso: si aperitur hostium.
Menæchmum eccum ipsum uideo progreditur foris.
Menæchmus adolescen. peniculus parasitus
I mala. ni stulta: ni idomita. ipsq animi: q uiro eẽ odio
n Vides: tu te tibi odio hẽas. pter hãc simile tale p⁹ hũc diẽ
Faxis: faxo foris uidua uisas patrem. nã quotiens ire uolo
Me retines: reuocas: rogitas q° ego eã: q̃ rẽ agã: qd negocii geraẖ
Quid detur: quid feram: quid foris egerim.
Põntorem domũ duxi: ita omnem mihi rem necesse est loqui.

RARIORA
oct.
528
U.B.U.

Cm

Cm

Cm

Cm

Venise 1495

chez Attilio Gorin Venise 1913

400 L.

Rare oct 528

plautus

Plautus.

Reuerendissimo in Christo patri. & domino Iacobo. Zeno pontifici patauino Georgius Alexandrinus Salutem plurimam dicit.

Ibet laboriosi mei conatus: ne dicã temerarii difficultatẽ iis uer bis præfari Reuerendissime pater. Quibus apud eũ poetã: quẽ ꝑ uirili nra corrigẽdũ & emendãdũ sũpsimus. toxilus seruus & pauper amorem suum grauem: molestũ: atq; erumnosum cõquerit.

Qui amans egens ingressus est princeps in amoris uias:
Superauit erumnis suis erumnas herculis:
Nam cum lenone: cum excedra: cum ceruo: cũ apro ætolico:
Cum auibus stymphalicis: cum anteo deluctari mauelim:
Quam cum amore: ita fio miser quærendo argento mutuo:
Nec quieq̃ nisi non est: sciunt mihi respondere: quos rogo.

Nam plautinæ uiginti comediæ: quæ ad hoc ævi dũtaxat extant. Latinæ scilicet linguæ deliciæ: rerꝫ atq; uerborꝫ uenustate: & festiua sermonis elegãtia: legentium animos mira uoluptate afficerent: nisi pluribus in locis dimidiatæ haberentur. Et tum temporũ iniuria tum litteratorꝫ negligenti arrogantia: & librariorum inscitia deprauatæ forent. Et siue gentium siue naturæ historiæ non indigerent: atq; tam græcorꝫ q̃ Romanorum prisca consuetudine. Et iampridem desita obscuræ essent. Quo fit ut frequentem ac curiosum lectorem non minus solicitum faciant & uexent: quã si cupidinis sagitta illa aurea confixus rustica: & in totum uiros perosam uirginẽ sequeretur. Quare qui prouinciam huiusmodi duram: ac sane perdifficilem cœperit quippiam ille non solũ amantis inconcessa. sed plane Herculei laboris habere uidetur. Is siquidem est plautus: quẽ uelut aliena lingua locutum: maiores nostri quorum temporibus litteræ latinæ: & florescebant: & summũ conscenderant locum: uix attingere conati fuerint. Adeo ad eius pcipiendos sensus necessaria erat multiplex: uaria & exquisitissima quædã eruditio. Quam rem tum Varro ad Ciceronem scribens: tum donatus Terentium explanans: testantur. Quod si quispiam nro isto sæculo: ubi plæraq; ueterum scriptorꝫ. aut iterierunt: aut fracta & mendosa habent in tanta librorꝫ inopia. & bonarũ lratũ egestate opus. quod prisci uiri mactiingenio & omnifariã doctrina præstantes. cognitu difficilimũ existimauerunt. recognoscere & corrigere. imo abdita. & pluribus ignorata aperire temptauerit. Is si cœpti sui aliqua ex parte compos euaserit. nimirum quid magnum effecit. Nam ut de octo prioribus taceam. quis duodecim comœdias quadraginta ab hinc annis: repertas lectionis tum confusæ tum falsæ. duodecim Herculis ærumnis apud poetas famigeratis iure non comparauerit. In quibus corrigendis ope

ram atq; studium insumere uelle: mōstra persequi atq; debellare quod amodo ē. Siqdē nō magis cōfici posse uidet rē in dispationē delapsam & librū. qui iaceat atq; sordescat in pristinū statū: pristināque grām uel ex minima parte uindicare. q̄ lenonē pdigiosum. q nec ferro nec saxis ledi poterat deuincere porro cū nec tantū dictiones examinandæ. sed litteræ atq; syllabæ pensitandæ fuerint atq; enumerandæ: ut ex earū positu atq; figura aliq̄ uel ueū uel uero pximū aucuparemur Quo deprehenso undiq; multa erūperent: uel magis aperiēda. uel plane cōfutāda Excedræ hoc qppiam hrē uidet. Tum aūt multa quæ a nobis lōge absunt. lōgeq; inspectantes relinquūt conseq tēptasse. hoc certe fuit pernicem. & ut nobilis poeta cecinit: æripedē ceruā delassare. Aetolicū illum aprum uicinæ regioni formidolosum: magniloquētiā plautinā iure dixerim quæ amplitudinē & religiosa uetery uerborū maiestate: q̄si fulmē quodā ingenia. & eruditionē legentiū attonare. & concutere ita solet ut nō minus plautinorū uerborū uim & copiā: q̄ ruentis in se apri ipetū exhorrescant. imo fulgurantē plautū trepidi expauescant. Aues stimphalicas argutulorū grāmaticulorū interpretatiūculis: q discipulos inter uera & falsa ducunt cōparare possumus. nā quēadmodū inumerabiles illæ aues uicini agri fructus absumentes p̄ multitudine fugari non poterant. sic isti infinitimā prauitatē. multa alioqn recta & emēdatissima deducentes mētes studiosorū iuuenū uel falsa doctrina inbuunt uel eos halucinātes reddunt. adeo turpissimo & manifestario errato nūq̄ defuit assertor. Veryū tamē numerosa hæc & īpudens grāmaticorū turba. nō æreo tinitu quemadmodū stimphalices paludis olim uolucres abactæ fuerunt. sed uera rōne & multiplici uetery auctorū testimonio absterrebitur: imo fugabit atque pterēt: deluctari cū anteo est ea cognitiōe: eaq; eruditione: quæ p hæc tēpora exigua haberi pōt: uelle in recōditos & penitissimos poetæ sensus penetrare. & priscarū atq; ignotissimarū uocum interpretamenta indagare. Quæ quo magis enarrant. atq; apiuntur: eo acrius & grauius quasi sumptis a uetustate uiribus: contra enarratorem insurgunt. Absunt præterea ueteres grāmatici & glossematū scriptores a qbus tanquā ab amicis: non argentum mutuo: q; seruus se non inuenire dolet. Sed questiones poeticæ & minus usitatarū dictionum etymologia atq; origo requirenda erat: & si qui fuerūt: nescio qd & modicum & obscurum nobis dederunt. His oībus accedit unū tantum fuisse librum: a quo uelut archetypo omnia deducta sunt quæ habentur exempla: qui si in manus nostras aliqua uia uenire potuisset. Bacchides Mustelaria. Menæchini. Miles atque mercator emendatiores sane haberent. Namque in his recognoscendis: libros contulimus de corruptis exemplaribus factos. At septem ultimæ: ut in eas incidi-

mus quæ simplices & intactæ a censoribus fuerant.quanq̃ mendosæ
forent.multo ueriores erũt.Sed quales legebantur octo illæ priores: in
qbus pro quorundã intelligentia:q̃ pro eruditione.& docta diligentia
plurima in puersum mutata.& inter se oppugnãtia offendimus. hanc
ego tam arduam & tam imensi laboris rem ueritus:præserti cum uide
rem multoꝝ damnandas esse opiniones.& eoꝝ in primis q siue man-
dante Nicolao Quinto romano ponti.siue alfonso Rege Apuliæ.qui
auctores & Disalutis bonaꝝ lrarum fuerunt.tam temere & barbare.
tũ plautinos sensus inuertissent.tũ sales uenustos & subtiles. insipidos
& absurdos reddidissent.pene ab emẽdatione huiusmodi sum deterri
tus.nisi me potissimum hortati fuissent patricii duo generosa pruden
tia & spectata eruditione ueri Hieronymus Baduarius: & Frauciscus
minius:qbus cũ multa peruersa & falsa corrigi.& in uerã lectionẽ re-
digi posse dicerem ut hoc noie rem latinã iuuarẽ. singulariq; quodam
beneficio:& qui uiuerent & posteros demererer.non destiterẽt. Donec
me ut hoc grauissimum & formidandũ onus susciperem perpulerunt
continenter instantes.ut quo ad possem reuolutis tam nostris q̃ græco-
rum scriptoribus uiginti Comœdias emendarẽ.ut aliquãdo legẽtibus
uoluptati non fastidio forent.Sed neq; is sum q omnia me emendasse
dicã.aut amissa acquisiuisse. aut defecta suppleuisse. aut numeros ad
certã regulam & librã ut examussim quadrarent:redegisse. immo qui
uel in meipso plurima desyderans multa ita ut inueni reliquerim. Illa
enim tantisper a nobis.uel demutata.uel emendata fuerũt.dum sic esse
ex diligenti.& multa lectione comperimus.quæ aut falor.aut ueriora
ueris sunt.Reliqua iis relinquimus cognoscenda & corrigenda. qui-
bus maior eruditio.maiusq; supererit ocium.quã modestiam si publici
quondam censores seruassent.haud ita multa elegantissimi poetæ fa-
cete dicta peruersa fuissent. Quale illud est quod pro madulsam ha-
beo.probe mulsaui.pro manta mane posuerunt.& ignorãtes qd signi
ficet in prouerbio Rom.ue uictis ue mihi dixerunt.Et ubi scribliræ le-
gebatur sub lite factum est.& pro sartis tectis sancta legunt.& pro nu
mero nunc Grãmatici sane semidocti:ne dicã deridiculi. qui itẽ oues
Tarentinas.Sic enim deprehendimus scripsisse plautũ. in frumentũ
mutauerunt Alia item notauimus quæ nunc consulto præterimus pro
falsis scilicet redarguẽda in eo opere:quod maturamus:iamq; emisisse
mus.nisi successiuo atq; tumultuario studio plautinas Comœdias cole
remus Tu uero interea patauine pont.cui nominatim emendationem
hanc nostram dicamus.q; sis Pontificii iuris consultissimus & omniũ
sacrarum litteraꝝ fons atq; thesaurus.quod uel ex hoc apparet.ut siquã
do de diuinis humanisq; rebus disceptat.te omnes unicũ adeant di-

ſceptatorem.& uelut oraculum quoddam conſulent. Tuque ita prudenter & ſcite de omnibus reſpondeas.atq; iudices.ut te unum noſtra ætas habeat quē uere ſanctarum legum.iterpretrem. & diſciplinarum patrem appellare poſſit. Has Comœdias leges.reuolues.& penſitabis a ſtudiis ſane tuis non abhorrentes. Quippequi in eloquentia non minus præſtes.quā in ſacris litteris.& acutis philoſophorum dogmatis ſiue præceptis. Quam rem grauiſſimæ illæ & mira artæ elaboratæ totiens cum ſumma laude & admiratione in conſpectu Romanorum pontificum habitæ orationes declarant: Tum decem illi libri: quibus liuiano exemplo in decadis formam præclara illa aui tui caroli Zeni facinora memoriæ prodidiſti:immo immortalitati conſecraſti. Nec finis eum interire uirum quē aliquando urbs hæc longe lateq; imperās: Europæ decus & ornamentum:ſaluberrimæ Religionis propugnaculum:& q; maris ſit domina cunctarq; pene gentiū cōmunis patria aſſertorem habuit:Atq; ita leges:ut ſi quicq̄ te offenderit uel eorū quæ nos mutauimus.uel eorum quæ infirmitatem ingenii noſtri excedentia:ut inuenta ſunt ita manent notabis & corriges.modo illud ſic eſſe autoritate ueterum:& ratione antiquorū ſcriptis nixa conſtet:Res agitur Cōmunis. Comœdiæ plautinæ: quæ paucæ ad nos peruenerunt ab oibus inuandæ ſunt:quicunq; muſas latinas colunt. Verum hæc exigunt acre iudicium:q; plurima multiplici:& aſſidua lectione habetur. Nam & Græcis ſcriptoribus:& Varrone aſſerente iudicium poematum eſt quid maximum & difficillimū:quanto magis temporibus noſtris quibus uix bonarum litterarum principia percipi poſſunt. Quare ſiqs diligens fuerit & ſedulus uetuſtatis explorator: poterit & ipſe opē aliquā poetæ ueteri & eleganti ferre Nos quoq; ut fecundius fructum noſtri labores ferant:in comentarios conferemus.quæcūq; a nobis ſiue emendata.ſiue aperta fuerunt. Lectoremq; rogamus.qui plautinas has legerit Comœdias boni interim conſulat.dum ſiue annotamenta ſiue queſtiones noſtras plautinas ediderimus. Vale.

De uita Comœdiiſq; plauti excerpta quædam ex Auctoribus grauiſſimis.

p Lautus linguæ Latinæ pater. Et cuius ſermone ut Varro Epii Stolōis ſententia dixit muſæ locutæ forent ſi latine loqui uoluiſſent Sarſinas ex Vmbria fuiſſe legitur.nam ad natalē terram alludens.ſeruilem iocum in Muſtelaria aduerſus Simonem. qui umbram uſque a domo abeſſe aiebat ſic intulit.

Quid Sarsinatis ecqua est. si umbram non habes? Floruit in scæna qn-
todecimo ferme anno post quã bellũ aduersus pœnos secundum sum
ptum ẽ. Nã ut portius Liciuius dixit punico bello secũdo mula pẽnato
gradu itulit sese bellicosam in romuli gentẽ serã quo itẽ tẽpore marcus
Cato Orator clarus in ciuitate est habitus Et quanquã a pluribus græcis
comicis fabulas sũptas in latinũ conuerterit. Oratii tamẽ sententia. plau
tus ad exẽplũ Siculi ꝓperare Epicharmi dicitur. Hic uarro & plæriq;
alii memoriæ prodiderũt. cũ pecũia omni: quã i operis artificũ sænicorꝫ
pepererat: in mercationibus ꝑdita inops romã rediuisset: & ob quærẽ
dũ uictũ adcircũ agendas molas: quæ trusatiles appellãtur opã pistori
locasset in pistrino saturionẽ & addictũ. & tertiã quãdã fabulam. cuius
nomen non legitur scripsit. mortuus est circiter cẽtesimã & q̃dragesimã
quintam olympiadẽ: quantũ ex uerbis Hieronimi in Eusebii phãphili
chronico colligere possumus. iussit que Epigramma tale suo sepulchro
incidi: quod an plauti foret dubitasset Aulus gelius. nisi a marco Var-
rone positum esset in libro de poetis primo.

postq̃ est morte captus plautus
Comœdia luget scæna est deserta:
Deinde risus: ludus iocusq; & numeri
In numeri simul omnes collachrymarunt:

Plurimæ sub plauti noiæ comœdiæ apud priseos ferebant̃ q̃rũ una
& uiginti uarroniane dicte sunt: quas iccirco a cæteris segregauit. qm̃
dubiosæ non erant: sed consensu omniũ plauti esse censebant̃: quasdã
itẽ alias probauit: adductus stilo atq; facetia sermonis plauto cõgruẽtis.
easq; iam noibus aliorũ occupatas plauto uindicauit. aliæ dicuntur am
biguæ uirum plauti an aliorũ fuerint. Illud idem subdie Gelius. Marcũ
Varronem scripsisse plautium fuisse quempiam poetam comœdiarũ:
cuius quoniam fabule plauti inscriptæ forent: acceptas esse quasi plau
tinas. cum essent non a plauto plautinæ: sed a plautio plautianæ ascri-
ptæ autem plauto comœdiæ circiter centũ atq; triginta fuerunt Sed ho
mo eruditissimus lelius quiq; & uiginti eius solas existimauit. nec dubi
um est: quin quædam comœdiæ: quæ scriptæ a plauto non uiden-
tur: & nomini eius adiiciuntur. ueterum poetarum fuerint & ab eo
retractatæ: & expolitæ sint: ac propterea excipiant dictum plautinum:
sed de Iudicio Varronis: lelii & fauorini qui: Heruulariam plauti
esse dixit: & eius qui fretum nomen est id comœdiæ plauti putauit plu
ra leguntur in libroqui insceptus est noctium atticarum: Quem ue-
ro locum plautus inter comicos latinos habeat: docet uulcanus se digi-
tus. in poetica illustris: in libro quem scripsit de poetis ubi: idem quid
de iis sentiat. qui comœdias fecerunt & quem præstare ex omnibus

Cæteris putet: Ac deinceps quo quēque in loco & honore ponat is uer bis suis demonstrat.

Multos in certo certare hanc rem uidimus
Palmam poetæ comico cui deferant
Cum me iudice errorem dissoluam tibi
Contra ut siquis sentiat: nihil sentiat.
Cecilio palmam statuo de comico:
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein neruus: quis seruet: præcio in tertio est.
Si quid quarto detur: dabitur licenio:
Post insequi licenium facio attilium.
In sexto consequitur hos terentius.
Turpilius septimum: trabea octauum optinet.
Nono loco esse facile facio luscium
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

Georgii. Alexandrini. Epistola ad Iacobum. Tenum. patauinum pōtificem quæ incipit: Libet laboriosi mei conatus: Et uita poetæ extra ordinem comœdiarum posita. fabularū nomina subiecta sunt. ut facilius quam quisque desyderauit fabulam: eam inueniat.

Amphytrio cuius principium.
Asinaria.
Aulularia.
Captiui duo.
Curculio.
Cassina:
Cistellaria:
Epidicus.
Bachides mutilatæ:
Mustelaria:
Menatechmi
Miles.
Mercator.
Pseudulus.
Penulus.
Persa.
Rudens.
Sticus.
Trinummus
Truculentus.

Infaciem uorsus
Hoc agite.
Senex auarus.
Captus est in pugna
Curculio missus:
Saluere iubeo.
Comprimit adolescens.
Emit fidicinā:
Quid si hoc potis es.
Manu misit emptos.
Mercator siculus
Meretricem athenis
Missus.
præsentis numerat.
puer septuennis:
profecto domino
Recte piscator.
Senex castibat filias.
Thesaurum abstrusum.
Tres unam:

Plauti Comici clariſſi. Amphytrio.

Argumentum.

N faciem uorſus amphytrionis iuppiter
Dum bellum gereret cum telobois hoſtibus
i Alcumenam uxorem cœpit uſurariam:
Mercurius formam ſoſiæ ſerui gerit
Abſentis: his alcumena decipitur dolis.
Poſtquam rediere ueri amphytrio & ſoſia
Vterq; deluduntur dolis mirum in modum.
Hinc iurgium: tumultus uxori & uiro
Donec cum tonitru uoce miſſa ex æthere
Adulterum ſe iuppiter confeſſus eſt.

Argumentum.

More captus alcumenæ iuppiter
a Mutauit ſeſe in formam eius coniugis:
Pro patria amphytrio dum cernit cum hoſtibus
Habitu mercurius ei ſubſeruit ſoſiæ
Is aduenientis ſeruum & dominum fruſtra habet.
Turbas uxori ciet amphytrio: atq; inuicem
Raptant pro mœchis: blepharo captus arbiter.
Vter ſit non quit amphytrio decernere.
Omnem rem noſcunt. geminos alcumena enititur.

Prologus. Mercurius.

Tuos in uoſtris uoltis mercemoniis
u Emundis: uendundiſq; me lætum lucris
Afficere: atq; adiuuare in rebus omnibus
Et ut res: rationeſq; ueſtrorum omnium
Bene expedire uultis peregriq; & domi
Bono atque amplo auctare perpetuo lucro.
Quaſq; incepiſtis res: quaſq; inceptabitis
Et uti bonis uos: ueſtroſq; omnis nuntiis
Me afficere uultis: ea afferam: ea ut nuntiem.
Quæ maximæ in rem uoſtram communem ſient:
Nam uos quidem iam ſcitis conceſſum & datum
Mihi eſſe ab diis aliis nuntiis præſſim & lucro.
Hæc ut me uultis approbare adnitier.
Lucrum ut perenne uobis ſemper ſuperet:
Ita huic facietis fabulæ ſcilentium.
Itaq; æqui & iuſti hic eritis omnes arbitri
Nunc cuius iuſſu uenio: & quamobrem uenerim

Dicam:simulq; ipse eloquar nomen meum
Iouis iussu uenio:nomen mercurii est mihi
Pater huc me misit ad uos oratum meus
Tametsi pro imperio:uobis quod dictum foret.
Scibat facturos:quippe qui intellexerat
Vereri uos & se & metuere:ita ut æquum est iouem:
Verum profecto hoc petere me precario
A uobis iussit leniter dictis bonis.
Etenim ille cuius huc iussu uenio iuppiter
Non minus quã uostrũ quiuis formidat malum
Humana matre natus humano patre:
Mirari non est æquum sibi si prætimet.
Atq; ego quoq; & qui iouis sum filius
Contagione meæ matris metuo malum
Propterea pacem aduenio & pacem ad uos affero:
Iustam rem & facilem esse oratam a uobis uolo.
Nã iuste ab iustis iustus sũ orator datus
Nam iniusta a iustis impetrari non decet.
Iusta autem ab iniustis petere insipientia est
Quippe illa iniqui ius ignorant:neque tenent
Nũc iam huc animum ad ea quæ loquar aduortite.
Debetis uelle quæ uellimus meruimus
Et ego:& pater de uobis & republica.
Nam quid ego memorem:ut alios intragœdiis
Vidi neptunum.uirtutẽ:uictoriam:
Martẽ:bellonam:cõmemorare quæ bona
Vobis fecissent:quis benefactis meus pater
Deorum regnator architectus omnibus?
Sed mos nunquam illi fuit patri meo
Vt exprobaret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur esse id a uobis sibi
Meritoq; uobis bona se facere quæ facit
Nũc quã rẽ oratũ huc ueni primũ proloquar.
Post argumentum huius eloquar tragœdiæ
Quid contraxistis frontem? quia tragœdiam
Dixi futuram hanc? deus sum:commutauero
Eandem hanc:si uoltis:faciam ex tragœdia
Comœdia ut sit omnibus isdem uersibus.
Vtrum sit an non uoltis? sed ego stultior
Quasi nesciam uos uelle qui diuus siem.

Teneo quid animi uostri ſuper hac re fiet.
Faciam ut commiſta ſit tragico comœdia.
Nam me perpetuo facere ut ſit comœdia.
Reges quo ueniant & dii: non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic ſeruos quoq; pares faciam
Sit proinde (ut dixi) tragico comœdia.
Nunc hoc me orare a uobis iuſſit iuppiter.
Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia
Eant per totam caueam: ſpectatoribus:
Si cui fautores delegatos uiderint.
Vt his in cauea pignus capiantur togæ:
Siue qui ambiſſent palmam hiſtrionibus:
Siue quoiquam artifici: ſeu per ſcriptas litteras:
Siue adeo ædiles perfidioſe cui diunt.
Si ſimilem rem ipſe in legem iuſſit eſſe iuppiter
Quaſi magiſtratum ſibi alteriue ambiuerit.
Virtute dixit uictores innuere
Non ambitione. neque perfidia: qui minus
Eadem hiſtrioni ſit lex quæ ſummo uiro?
Virtute ambire oportet non fautoribus.
Sat habet fautorum ſemper qui recte facit.
In illis fides eſt: quibus eſt ea res in manu.
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit:
Vt conquiſitores fierent hiſtrionibus:
Qui ſibi mandaſſent delegati ut plauderent:
Quiue quo placerent alter feciſſet minus.
Eius ornamenta & corium uti conciderent
Mirari nolim uos quapropter iuppiter
Nunc hyſtriones curet: ne meremini.
Ipſe hanc acturus eſt iuppiter comœdiam.
Quid admirati eſtis? quaſi uero nouum
Nunc proferatur iouem facere hiſtrioniam.
Etiam hiſtriones anno cum proſcenio hic
Iouem inuocarunt: uenit: auxilio is fuit.
Præterea certo prodit in tragœdia.
Hanc fabulam inquã hic iuppiter hodie ipſe aget.
Et ego una cum illo. nunc animum aduortite.
Dum huius argumentum eloquar comœdiæ.
Hæc urbs eſt thebæ: in illiſce habitat ædibus
Amphytrio natus argis ex argo patre.

Qui cum alcmena est nupta electri filia:
Is nunc amphytrio præfectus est legionibus
Nam cum telobois est bellum thebano populo:
Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum
Grauidam alcmenam uxorem fecit suam.
Nam ego uos nouisse credo iam ut sit pater meus:
Quam liber harum rerum multarum siet.
Quantusq; amator siet quod complacitum est semel.
Is amare occepit alcmenam clam uiro.
Vsuram que eius corporis cœpit sibi.
Et grauidam fecit is eam compressu suo.
Nunc de alcmena. ut rem teneatis rectius
Vtrinque est grauida: & ex uiro: & ex summo ioue.
Et meus pater nunc intus cum illa cubat.
Et hæc ob eam rem nox est facta longior.
Dum illa qua cum uult uoluptatem capit.
Sed ita assimilauit se quasi amphytrio siet.
Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini
Quod ego huc processi sic cum seruili schema.
Veterem atq; antiquam rem nouam ad uos proferam.
Propterea ornatus in nouum incessi modum.
Nam meus pater intus nunc est: eccum: iuppiter
In amphytrionis uertit se imaginem.
Omnesq; eum esse censent serui qui uidẽt.
Ita uersipellem se facit quando lubet.
Ego serui sumpsi sosiæ mihi imaginem:
Qui cum amphytrione abiit hinc in exercitum.
Vt præseruire amanti meo possem patri.
Atq; ne qui essem familiares quærerent.
Versari crebro hic quum uiderent me domi.
Nunc quum esse crederent seruum & conseruum suum
Haud quisquam quæret qui siem: aut quid uenerim:
Pater nunc intus suo animo morem gerit.
Cubat complexus: cuius cupiens maxime est.
Quæ illi ad legionem facta sunt memorat pater
Meus alcmenæ: illa illum censet uirum.
Suum esse quæ cum mæcho est. ibi nunc meus pater
Memorat legiones hostium ut fugauerit:
Quo pacto sit donis donatus plurimis.
Ea dona quæ illic amphytrioni sunt data

Abſtulimus:facile meus pater quod uult facit.
Nunc hodie amphytrio ueniet huc ab exercitu:
Et ſeruos:cuius ego hanc fero imaginem.
Nunc internoſſe ut uos poſſitis facilius
Ego has habebo uſq; in petaſo pinnulas.
Tũ meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaſo:id ſignum amphytrioni non erit.
Ea ſigna nemo horum familiarium
Videre poterit:uerum uos uidebitis.
Sed amphytrionis illic eſt ſeruus ſoſia.
A portu illic nunc cum laterna aduenit.
Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.
Adeſt:ferit:opere precium hic ſpectantibus
Iouem & mercurium facere hiſtrioniam.

Soſia. Mercurius.

Vi me:alter eſt audacior homo. Aut qui confidentior.
So. q Iuuẽtutis mores qui ſciam:qui hoc noctis ſoluſ ambulem:
Quid faciam nunc ſi tres uiri me in carcerem compegerint
Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrum.
Nec cauſam liceat dicere mihi:neque in hero quicq̃ auxilii ſiet.
Nec quisquam ſit quin me omnes eſſe dignum deputent
Ita quaſi incudem me miſerum homines octo ualidi cedant.
Nec æquum anne iniquum imperet cogitabat.
Ita peregre ueniens hoſpitio publicitus accipiar
Hæc heri imodeſtia coegit me q hoc noctis a portu ingratis excitauit.
Non ne idem hoc lucis me mittere potuit.
Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt.
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruos
Noctesq; dieſq; aſſiduos ſatis ſuperq; eſt
Quo facto aut dicto adeſt opus quietus ne ſis.
Ipſe dominus diues operis & laboris expers.
Quodcunq; homini accidit libere poſſe retur.
Aequum eſſe putat:non reputat laboris quid ſit.
Nec æquum an ne iniquum imperet cogitabit.
Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua
Habendum & ferendum hoc opus eſt cum labore.
Mer. Satius eſt me queri nullo modo ſeruitutem hodie qui fuerim liber:
Eam nũc potius pater ſeruitutis hic qui uerna natus eſt queritur
Sum uero uerna uerbo.So.nũc uero mihi in mente fuit
Dis aduenientem gratias pro meritis agere:atq; alloqui:

Næ illi edepol si merito meo referre studeant gratias
Aliquem hominem allegent qui mihi aduenicti os occillet probe:
Quoniam bene quæ in me fecerint ingrata ea habui:atq; irrita.
me. Facit ille quod uulgo haud solent ut quid se sit dignum sciat.
So. Quod nunquã opinatus fui:neque alius quisquam ciuium
Sibi euenturũ id contigit ut salui potiremur domum
Victores:uictis hostibus legiones reueniunt domum
Duello extincto maximo:atq; internectis hostibus.
Qui multa thebano populo acerba obiecit funera.
Id ui & uirtute militum uictum atq; expugnatum oppidum est.
Imperio atq; auspicio heri mei amphytrionis maxime.
Præda atq; agro adoreaq; affecit populares suos.
Regiq; thebano creonti regnum stabiliuit suum.
Me a portu præmisit domum:ut hæc nunciem uxori suæ.
Vt gesserit rem publicam ductu. imperio:auspicio suo.
Ea nũc meditabor quo mõ illi dicã quum illo aduenero:
Si dixero mendacium. solens meo more fecero.
Nam quum pugnabant maxime:ego fugiebam maxime.
Verũtamẽ quasi ad fuerim simulabo atq; audita eloquar.
Sed quo modo & uerbis quibus me deceat fabularier:
Prius ipse mecũ etiam uolo hic meditari si hoc proloquar.
Principio ut illo aduenimus ubi primum terram tetigimus.
Continuo amphytrio delegit uiros primorum principes.
Eos legat theloboís:iubet sententiam ut dicant suam.
Si sine ui & sine bello uelint rapta & raptores tradere:
Si quæ asportassent:redderẽt:se exercitũ extemplo domum
Reducturum:abituros agro argiuos pacem atq; ocium
Dare illis :sin aliter sient animati:neq; dent quæ petat:
Sese igitur summa ui:uirisq; eorum oppidum expugnasse
Hæc ubi theloboís ordine iterarunt quos præfecerat
Amphytrio magnanimi uiri freti uirtute:& uiribus
Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant:
Respondent bello se & suos tutari posse:proinde uti
Propere de suis finibus exercitus deducerent.
Hæc ubi legati pertulere:amphytrio castris illico
Producit omnem exercitum.contra teloboæ ex oppido
Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Postquam utrinq; exitum est maxima copia:
Dispertiti uiri:disperditi ordines:
Nos nostras more nostro & modo instruximur legiones:item

Hostes contra legiones suas instruunt.
Deinde utrique imperatores in medium exeunt.
Extra turbam ordinum colloquuntur simul.
Conuenit uicti utri sint eo prœlio
Vrbem:agrum:aras:focos:seque dederent.
Postq̃ id actum est tube utrinque canunt:contra
Consonat terra:clamorem utrinque efferunt.
Imperator utrinque hinc & illinc ioui
Vota suscipere:hortari exercitum
Pro se quisque id quod quisque potest & ualet
Edit:ferro ferit:tela frangunt:boat:
Cœlum fremitu uirum:& spiritu atque anhelitu:
Nebula constat:cadunt uulneris ui & uirium
Deniq; ut uolumus nostra superat manus
Hostes crebri cadunt:nostri contra ingruunt.uicimus ui feroces
Sed fugam in se tamen nemo conuortitur:
Nec recedit loco quin statim rem gerat.
Animam omittunt priusq̃ loco demigrent.
Quisq; ut steterat iacet:obtinetq; ordinem.
Hoc ubi amphytrio herus conspicatus est.
Illico equites iubet dextera inducere
Equites parent citi:ab dextera maximo.
Cum clamore inuolant impetu alacri
me. Fedant & proterunt hostium copias iure iniustas
Nunq̃ & iam quicq̃ adhuc uerborum est prolocutus perperam.
So. Namq; ego fui illic in re præsenti : & meus quum pugnatus est pater:
Per duelles penetrant se in fugam:ibi nostris animus additus est.
Vortentibus telobois telis complebantur corpora.
Ipsusq; amphytrio regem pterelam sua obtruncauit manu.
Hæc illic est pugnata pugna usque a mane ad uesperum.
Hoc adeo hoc commemini magis quia illo die impransus fui.
Sed prœlium id tandem diremit nox interuentu suo.
Postridie in castra ex urbe ad nos ueniunt flentes principes
Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.
Deduntq; se diuina humanaq; omnia urbem & liberos
In ditionem atq; in arbitratum cuncti thebano populo.
Post ob uirtutem hero amphytrioni patera donata est aurea
Qui pterela potare rex solitus est:hæc sic dicam heræ.
Nunc pergam heri imperium exequi:& me domum capessere.
Me. Atat illic illuciturus est:ibo egoilli obuiam:

Neq; ego hũc hominẽ hodie ad ædis has sinã nunq̃ accedere.
Quando imago est huius in me certum est hominem eludere.
Et enimuero quoniam formam cœpi huius in me & statum:
Decet & facta moresq; huius habere me similes item.
Itaq; me malũ esse oportet callidum astutum admodum
Atq; hunc telo suo sibi malicia sua a foribus pellere.
Sed quid illuc est: cælum aspectat: obseruabo quã rem agat.

So. Certe edepol scio: si quicquã est aliud quod credã aut certo sciam.
Credo ego hac noctu nocturnum obdormiuisse ebrium.
Nam neque seseptentriones quoquam in celo commouent.
Neque se luna quoquam mutat atq; uti exorta est semel
Nec iugulæ: nec uesperugo: neq; uergiliæ occidunt.
Ista statim stant signa: neq; nox quoquam concedit diei.

Me. Perge nox ut occœpisti: gere patri morem meo.
Optume optumo optumam opam das: datã pulcre locas.

So. Neq; ego hac nocte longiorem me uidisse censeo:
Nisi item unam uerberatus quam pependi perpetem.
Eam quoq; edepol etiam multo hæc uincit longitudine.
Credo edepol equidem dormire solem atq; appotum probe.
Mira sunt nisi inuitauit sese in cœna plusculum.

Me. Ain uero uerbero. deos esse tui similis putas.
Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer
Accipiam. modo sis ueni huc: inuenies infortunium.

So. Vbi sunt isti scortatores qui soliti inniti cubant.
Hæc nox scita est exercendo scorto conducto male.

Me. Meus pater nunc pro huius uerbis recte & sapienter facit
Qui complexus cõ alcumena cubat amans animo obsequens.

So. Ibo ut herus quod imperauit alcumenæ nunciem
Sed qs hic ẽ homo quẽ ante ædis uideo hoc noctis? nõ placet

me. Nullus est hoc meticulosus æque. So. quem in mentem uenit.
Ilic homo hoc denuo uolt pallium dexteræ.

me. Timet homo: deludam ego illum. So. pol dentes pruriunt
Certe aduenientem hic me hospitio pugnæ accepturus est.
Credo misericors est nunc propterea quod me meus herus
Fecit ut uigilarem. hic pugnis faciet hodie ut dormiam.
Oppido interii. obsecro hercle quantus & quã ualidus est.

me. Clara uersum fabulabor: hic auscultet quæ loquar.
Igitur magis modum maiorem in sese concipiet metum.
Agite pugni iam diu est quod uentri uictum non datis.
Iam pridem uidetur factum heri quod homines quattuor

In ſoporem collocaſtis nudos .So.formido male
Ne ego hic nomen meum cõmutem:& quintus fiam e ſoſia.
Quattuor uiros ſopori ſe dediſſe hic autumat.
Metuo ne numerum augeã illũ.Me.hem nunc iam ergo ſi colo
So. Cingitur:certe expedit ſe.Me.non feret quin uapulet
So. Quis homo.Mer.quiſqs homo huc uenerit pugnos edat.
So. Apage.non placet me hoc noctis eſſe.cœnaui modo:
Pro in tu iſtam cœnam largire ſi ſapis eſurientibus:
Me. Haud malum huic eſt pondus pugno.So.perii: pugnos ponderat
Me. Quod ſi ego illum tracti tangã ut dormiat. So.ſeruaueris
Nam continuas has tris noctes peruigilaui. Me. peſſumum eſt
Facimus: nequiter ferire malam male diſcit manus
Alia forma eſſe oportet quem tu pugno legeris.
So. Illic homo me interpolabit:meumq; os finget denou.
Me. Exoſſatum os eſſe oportet:quem pbe percuſſeris
So. Mirum ne hic me quaſi murænam exoſſare cogitat
Vltro iſtic.qui exoſſat homines :perii ſi me aſpexerit.
Me. Olet homo quidam malo ſuo.So.hei nunq; obolui.
Me. Atq; haud longe abeſſe oportet.So.uerum longe hic abſuit.
Me. Illic homo ſuperſtitioſus eſt geſtiunt pugni mihi.
So. Si in me exercituru quæſſo in parietem ut primum domes.
Me. Vox mihi ad aures aduolauit.So.næ ego homo infelix fui
Quimo alas interuelli:uolucrem uocem geſtito.
Me. Illic homo a me ſibi malam rem arceſcit iumento ſuo.
So. Non equidem ullũ habeo im entum. Me.onerandus ẽ pugnis pbe.
So. Laſſus ſum hercle.e naui ut uectus huc ſum etiam nunc nauſeo.
Vix incedo inanis:ne ire poſſe cũ onere exiſtimes
Me. Certe enim hic neſcio quis loquitur:So.ſaluus ſum non me uidet
Neſcio quem loqui autumat:mihi certo nomen ſoſia eſt
M . Hinc enim mihi dextera uox aeris ut uidetur uerberat.
So. Metuo uocis ne uice hodie hic uapulem:quæ hunc uerberat.
Me. Optume eccum incedit ad me.So.timeo: totus torpeo.
Non edepol nunc ubi terrarum ſim ſcio ubi roget
Neque miſer me cõmouere poſſum præ formidine
Illic enim mandata heri perierunt una & ſoſia.
Verum certũ eſt confidenter hominem contra colloqui
Igitur q poſſim uideri huic fortis a me ut abſtineat manum.
Me. Quo ambulas tu qui uulcanum in cornu cõcluſum geriis.
So . Quid id exquiris tu qui pugnis exoſſas homines.
Me. Seruus ne an liber. So. ut cunq; animo collibitum eſt meo.

Me. Ain uero? So. aio enimuero. Me. uerbero. so. mentiris nunc.
Me. At iam faciam ut uerum discas dicere. So. quid eo opus est?
Me. Possum scire quo profectus: cuius sis. aut quid ueneris?
So. Huc eo: heri sum seruus: nunquid nunc es certior?
me. Ego bene pudiceq; asseruatur. Me. pergin argutarier?
Bene pudiceq; aseruatur. Me. pergin argutarier.
Quid apud hasce ædis negotium est tibi. So. immo quid tibi est?
me. Rex creō uigiles nocturnos singulos semper locat.
So. Bene facit quia nos erramus peregre tutatus est domum.
At nunc abi: sane aduenisse familiares dicito:
Me. Nescio quantum familiaris sis: nisi actutum hinc abis.
Familiaris accipier e faxo haud familiariter.
So. Hic inquā habito ego: atq; horum seruus sum: Me. at sin qūo?
Faciam ego hodie te superbum nisi hinc abis. So. quonam modo?
Me. Auferre: non abibis: si ego fustem sumpsero.
So. Quin me esse huius familiæ familiarem prædico.
Me. Vide sis: quam mox uapulare uis: nisi actutum hinc abis.
So Tun domo prohibere peregre me aduenientem postulas?
Me. Hæccine tua domus est. So. ita inquam.
Me. Q̄ uis herus estigitur tibi?
So. Amphytrio qui nunc præfectus est thebanis legionibus.
Q̄ uicum nupta est alcumena. Me. quid ais? quod nomen tibi est?
So. Sosiam uocant thebani dauo prognatum patre.
Me. Ne tu istic hodie malo tuo compositis mendaciis
Aduenisti audaciæ columen consutis dolis.
So. Immo equidem tunicis consutis huc aduenio non dolis.
Me. At mentiris etiam. certo pedibus non tunicis uenis:
So. Ita profecto. Me. nunc profecto uapula ob mendacium.
So. Non edepol uolo profecto. Me. at pol profecto ingratis.
Hoc quidem profecto certum est: non est arbitrarium.
So. Tuam fidem obsecro. Me. tun te audes sosiam esse dicere.
Qui ego sum. So. perii. Me. parum etiam pre ut futurū est prædicas
Quoius nunc es? So. tuus nam pugnis usufecisti tuum.
Proh fidi thebani ciues. Me. etiam clamat carnifex.
Eloquere: quid uenisti? So. ut esset quem tu pugnis cæderes.
Me. Quoius es? So. amphytrionis inquā sosia: Me. ergo istoc magnis
Quia uaniloquus uapulabis. ego sum non tu sosia.
Me. Ita dii faciant ut tu potius sis: atq; ego te ut uerberem.
Me. I ētm utis. So. iam tacebo. Me. qs tibi herus est. So. quē tu uoles
Qui digitur. qui nunc uocare. So. nemo nisi quem iusseris.

Me. Amphytrionis te esse aiebas sosiam: So. peccaueram
Nam amphytrionis socium næ me esse uolui dicere
Me. Sciebam equidem nullum esse nobis nisi me seruum sosiam.
Fugit te ratio. So. utinam istuc pugni fecissent tui.
Me. Ego sum sosia ille quem tu dudum esse aiebas mihi.
So. Obsecro ut per pacem liceat te alloqui ut ne uapulem.
Me. Immo induciæ parump fiant si quid uis loqui.
So. Non loquar nisi pace facta quando pugnis plus uales!
Me. Dicito si quid uis: non nocebo. so. tuæ fidei credo. Me. meæ
So. Quid si fallés! me. tũ mercurius sosiæ iratus sciet.
So. Animum aduorte. nunc licet mihi liber quiduis loqui.
Amphytrionis ego sum seruos sosia. me. etiam denuo!
So. Pacem feci fœdus feci. uera dico. Me. uapula.
So. Vt libet quid tibi libet fac: quoniam pugnis puls uales:
Verum utut es facturus hoc quidem hercle haud reticebo tamen
Me. Tu me uiuus hodie nunq̃ facies: quin sim sosia.
So. Certe edepol tu me alienabis nunq̃: quin noster siem
Nec nobis præter me aliusqsquam est seruus sosia
Qui cum amphytrione hinc una ieram in exercitum.
Me. Hic homo sanus non est. So. quod mihi prædicas uitium id tibi est.
Quid malum! non sum ego seruus amphytrionis sosia!
Nonne ac noctu nostra nauis ex portu persico
Venit quæ me aduexit! nõne me huc herus misit meus!
Nonne ego nunc sto ante ædes nostras! nõ mihi est laterna in manu
Non liquor! nõ igi o! nõne hic homo me pugnis contudit!
Fecit hercle: nam etiam misero nũc malæ dolent
Quid igitur ego dubito! aut cur non itroeo in nostram domum!
Me. Qui domũ nostram. So. ita enim uero. me. quecunq; dixisti mõ
Omnia ementitus: eqdem sosia amphytrionis sum.
Nam noctu hac soluta est nauis nostra e portu persico
Et ubi pterela rex regnauit oppidum expugnauimus.
Et legiones teloboarum ui pugnando cœpimus.
Et ipsis amphytrio obtruncauit regem pterelam in prælio
So. Egomet mihi non credo quum illæ illum autumare audio.
Hicqdem certe quæ illic sunt res gestæ memorat memoriter.
Sed quid ais! quid amphytrioni a telobois datum est!
Me. Pterela rex q potitare solitus est patera aurea
So. Elocutus est. ubi patera nunc est. me. in cistula
Amphytrionis obsignata signo est. So. signi dic quid est.
Me. Cum quadrigis sol exoriens: quid me captas carnifex:

So. Argumentis uincit:aliud nomen quærendum est mihi.
Nescio unde hæc hic spectauit:iam ego hunc decipiam pbe
Nam quod egomet solus feci:nec quisq̃ alius affuit
In tabernaculo:id quidem hodie nunq̃ poterit dicere
Si tu sosia es legiones quum pugnabant maxime:
Quid in tabernaculo fecisti:uictus sũ si dixeris.
Me. Cadus erat uini:inde impleui hirneam. So. ingressus iam.
Me. Eam ego ut matre fuerat natum uini eduxi meri.
So. Mira sunt nisi latuit intus illic in illac hirnea.
Me. Factum illud ut ego illic uéni hirneam ebiberim meri
Quid nunc. uincon argumentis te non esse sosiam.
So. Tu negas me esse. Me. quid ego ni negem qui egomet siem
So. Per iouem iuro me esse:neque me falsum dicere.
Me. At ego per mercurium iuro tibi iouem non credere:
Nam iniuriato scio plus crederet mihi:quam iurato tibi.
So. Quis ego sum saltem:si non sum sosia te interrogo.
Me. Vbi ego sosia nolim esse:tu esto sane sosia.
Nunc quando ego sum uapulabis :ni hinc abis ignobilis:
So. Certe edepol quum illũ cõtemplo & formã cognosco meam.
Quẽadmodum ego sæpe in speculũ inspexi nimis simile est mei.
Itidem habet petasum. ac uest tum:tam cõsimile est atq; ego:
Sura:pes:statura: tonsus: oculi:nasa:uel labra
Malæ:mentum:barba:colum:totus:quid uerbis opust.
Si tergum cicatricosum:nihil hoc simile est similius.
Sed quum cogito equidem certo idem sum qui semper fui.
Noui herum:noi ædis nostras:sane sapio & sentio.
Non ego illi obtempero quod loquitur. pultabo foris.
Me. Quo agis te:So. domum. Me. quadrigas si nũc inscendas iouis.
Atq; hinc fugias:ita uix poteris effugere infortunium.
So. Nonne heræ meæ nunciare quod herus meus iussit licet.
Me. Tute si quid uis nunciare:hanc nostram adire non sinam.
Nam si me irritassis:hodie lumbifragium hinc auferes.
So Abeo potius:di immortales obsecro uestram fidem
Vbi ego perii. ubi immutatus sum. ubi ego formam perdidi.
An egomet me illic reliqui:si forte oblitus fui.
Nã hic qdẽ omnẽ imaginẽ meã:quæ ante hac fuerat possidet.
Viuo fit quod nunquã quisquã mortuo faciet mihi.
Ibo ad portum:atq; hæc ut sunt facta hæro dicam meo.
Nisi etiam is quoque me ignorabit:quod ille faciat iuppiter
Vt ego hodie raso capite caluus capiam pilleum.

Am.

Mercurius.

Ene prospereq; hoc hodie operis processit mihi.
b Amoui a foribus maximam molestiam:
Patri ut liceret tuto illam amplexarier.
Nam ille illuc ad herum quum amphytrionē aduenerit.
Narrabit seruum hinc sese a foribus soliam
Amouisse ille adeo illum mentiri sibi
Credet.neque credet huc profectum ut iusserat:
Erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo:atq; omnem amphytrionis familiam
Adeousq; sacietatem dum capiet pater
Illius quam amat.igitur demum omnes scient
Quæ facta:denicq; alcumenam iupiter
Rediget antiquam in concordiam coniugis.
Nam amphytrio actutum uxori turbas conciet:
Atque intimulabit eam probri:tum meus pater
Iam seditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de alcmena dudum quod diximus.
Hodie illa pariet filios geminos duos.
Alter decumo post mense nascetur puer.
Quam seminatus.alter mense septimo.
Eorum amphytrionis alter est:alter iouis.
Verum minori puero maior est pater.
Minor maiori:iam ne hoc scitis quid siet?
Sed alcumenæ huius honoris gratia:
Pater curauit uno ut fœtu fieret.
Vno ut labore absoluat ærumnas duas.
Et ne in suspicione ponatur stupri.
Et clandestina ut celetur suspicio:
Quanquam (ut iam dudum dixi) rescisset tamen
Amphytrio rem omnem.quid igitur? nemo id probro
Profecto ducet alcumenæ.nam deum
Non par uidetur facere delictum suum.
Suamq; culpam expetere immortalem ut sinat
Orationem comprimam:crepuit foris
Amphytrio subditicius eccum exit foras
Cum alcumena uxore usuraria.

Iuppiter: Alcumena. Mercurius.

Iu. b Ene uale alcumena:cura rem communem q; facis
At quin perge quæso:menses iam tibi esse actos uides

Mihi necesse est ire hinc:uerum quod erit natũ tollito
Al. Quid istuc est mi uir negocii quod tu tam subito domo
Abeas? Iu. edepol haud quod tui me neque domi distedeat
Sed ubi sũmus imperator non adest ad exercitum
Citius quod non facto est usus fit q̃ quod facto est opus
Me. Nimis hic situs est si cophanta qui quidem sit meus pater?
Obseruatote q̃ blande mulieri palpabitur.
Al: E castor te experior quanti facias uxorem tuam
Iu. Satin habes si fœminarum nulla est quam æque diligam?
Me. Edepol ni illa furtiuis rebus te sciat operam dare.
Ego faxin te amphytrionem esse malis quam iouem.
Experiri istuc mauellem me:quam mihi memorarier
Al. Prius abis quam lectus ubi cubuisti concaluit locus:
Heri uenisti media nocte:nunc abis hoc cine placet?
Me. Accedam. atque hanc appellabo:& suprasitabor patri
Nunquã edepol quẽquam mortalem credo ego uxorem suam
Sic efflictim amare proinde ut hic te efflictim deperit?
Iu: Carnifex non ego te noui? abin e conspectu meo.
Quid tibi hanc curatio est rem uerbero? aut mutito
Quoi ego iam hoc scipione? Al. ah noli. Iu. mutito modo.
Me. Nequiter pene expediuit prima parasitatio.
Iu. Verum quod tu dicis mea uxor nõ te mihi irasci decet:
Clanculum abii a legione:operam hanc surripui tibi.
Ex me primo prima scires rem ut gessissem publicam?
Ea tibi omnia enarraui:nisi te amarem plurimum
Non facerem. Me. facit ne ut dixi? timidam palpo percutit.
Iu. Nunc ne legio persentiscat clam illuc redeundũ est mihi:
Ne me uxorem præuertisse dicant præ republica.
Al. Lacrimantẽ ex abitu concinnas tu tuam uxorem: Iu. tace.
Ne corrumpe oculos re libo actutũ. Al. id actutũ diu est.
Iu. Non ego te hic lubẽs relinquo neq; ab eo abs te. Al. sentio.
Nam qua nocte ad me uenisti eadem abis. Iu. cur me tenes?
Tempus exire ex urbe priusquã lucescat uolo.
Nũc tibi hãc pateram quæ dono mihi illic ob uirtutem datest
Pterela rex qui potitauit:quem ego mea occidi manu.
Alcumenæ tibi condono. Al. facis ut alias res soles.
E castor condignum donum:qualis est qui donum dedit.
Me. Immo sic cõdignum donum qualest quoi dono datum est.
Iu. Pergin autem nonne ego possum furcifer te perdere?
Al. Noli amabo amphytrio irasci sosiæ causa mea.

Iu. Faciam ita ut uis. Me ex amore hic admodum quã sæuus est:
Iu. Nunquid uis? Al. ut quum absim me ames: me tuam te absente
Tamen. Me. eamus amphytrio: lucessit hoc iam.
Iu. Abi præ sosia. iã ego sequar: nunqd uis? Al. etiã ut actutũ aduenias.
Iu. Licet. prius tua opinione hic adero: bonum animum habe.
Nunc te nox quæ mansisti mitto: ut cedas diei.
Vt mortalibus illucescas luce clara & candida.
Atq; quanto nox fuisti longior hac proxima.
Tanto breuior dies ut fiat faciam: ut æque dispar
Et dies & nox accedat: ibo & mercurium subsequar.

Amphytrio Sosia.

Am. Ge i tu secundum: sequor So. subsequor te
Am. a Scelestissimum te arbitror. So. nam quamobrem?
Am. Quia id quod neque est neq; fuit: neq; futurum est.
Mihi prædicas. So. ecce rem: iam tu autem
Facis ut tuis nulla apud te sit fides.
Am. Quid est? quo modo? iam quidem hercle ego tibi istam
Scelestam scelus linguam abscindam. So. tuus sum.
Proinde ut commodum siet: lubet quidq; facias.
Tamen quin loquar hæc uti facta sunt hic.
Nunq̃ ullo modo me potes deterrere.
Am. Scelestissime audes mihi prædicare id
Domi te esse nunc qui hic ades. So. uera dico
Am. Malum quod tibi dii dabunt: atq; ego hodie dabo.
So. Istuc tibi sit in manu: nam tuus sum.
Am. Tum me uerbero audes herum ludificarier?
Tum id dicere audes quod nemo unq̃ homo ante hac
Vidit? nec potest fieri tempore uno
Homo idem duobus locis ut simul sit.
So. Profecto ut loquor res ita est. Am. iuppiter te perdat.
So. Quid mali sum here tua ex re promeritus?
Am. Rogas ne improbe etiam qui ludificas me?
So. Merito maledicas mihi si ita id factum est:
Verũ haud mẽtior: resq; uti facta dico: Am. homo hic ebrius ẽ ut opĩor
So. Vtinam ita essem. Am. optas quæ facta. So. ego. ne?
Am. Tu istic ubi bibisti? So. nusq̃ eqdem bibi. Am. qd hoc sit hominis?
So. Equidem decies dixi domi ego sum inq̃ ecqd audis? & apud te
Ad sum sosia idem. satin hoc plane: satin diserte here
Nunc uideor tibi locutus esse. Am. uah apage te a me: So. quid est
Negotii? Am. pestis te tenet. So. nam quid istuc

Dicis? equidem ualeo & ſaluus ſum recte amphytrio.
Am. At ego faciam hodie proinde ac meritus es
Vt minus ualeas & miſer ſis: ſaluus domum ſi rediero: iam
Sequere ſic herum qui ludificas dictis delirantibus
Qui quoniam herus quod imperauit neglexiſti perſequi.
Nunc uenis etiam ultro irriſum dominum: quæ neque fieri
Poſſunt: neque fando unq̃ accepit quiſq̃: profers carnifex
Quoius ego hodie in tergo faxo iſta expectant mendacia.
So. Amphytrio miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono:
Apud herũ qui uerba loquitur? ſi id ui uerum uincitur.
Am. Quo id malũ pacto potes? nam mecum argumentis puta
Fieri. nunc ut tu hic ſis & domi: id dici uolo.
Sum profecto & hic & illic: hoc cuiuis mirari licet.
Neque tibi iſtuc mirum magis uidetur q̃ mihi.
Am. Quo modo? So. nihilo inquam mirum magis tibi iſtuc q̃ mihi
Neque ita me dii ament credebam primo mihimet ſoſiæ
Donec ſoſia ille egomet fecit ſibi uti crederem
Ordine omne ut quicquam actum eſt dum apud hoſtes ſedimus
Ediſſertauit: tum formam una abſtulit cum nomine
Neque lac lacti magis eſt ſimile: quam ille ego ſimilis eſt mei.
Nam ut dudum ante lucem a portu me præmiſiſti domum.
Am. Quid igitur? So. prius multo ante ædis ſtabam q̃ illo aduenerã
Am. Quas malum nugas? ſatin tu ſanus es. So. ſic ſum. ut ut uides.
Am. Huic homini neſcio quid eſt mali mala obiectum manu
Poſtquã a me abiit. So. fateor. nã ſum obtuſus pugnis peſſume.
Am. Quis te uerberauit. So. egomet memet: qui nunc ſum domi.
Am. Caue quicquã: niſi quod rogabo te: mihi reſponderis.
Omnium primum: iſte qui ſit iſte ſoſia: hoc dici uolo.
So. Tuus eſt ſeruus. Am. mihi quidem uno te plus etiam eſt quã uolo.
Neque poſtquam ſum natus habui niſi te ſeruum ſoſiam.
So. At ego nunc amphytrio dico ſoſiam ſeruum tuum.
Præter me alterum inquã adueniens faciam ut offendas domi.
Dabo prognatum patre eodem quo ego ſum forma: ætate item
Qua ego ſum. quid opus eſt uerbis? geminus ſoſia hic factus eſt tibi
Am. Nimia memoras mira: ſed uidiſtin uxorem meam.
So. Quin introire in ædis nunquã licitum eſt. Am. quis te prohibuit.
So. Soſia ille: quẽ iamdudum dico is qui me contudit.
Am. Quid iſtic ſoſia eſt. So. ego inquam quotiens dicendum eſt.
Am. Sed quid ais. num obdormiuiſti dudum nuſquam gentium ſoſia.
Ibi forte iſtum ſi uidiſſes quendam inſomnis ſoſiam.

So. Non ſoleo ego ſomniculoſe heri imperia perſequi.
Vigilans uidi uigilans nunc uideo uigilans fabulabar
Vigilantem ille me iamdudum uigilãs pugnis contudit.
am. Quis hõ? So. ſoſia inquã ego ille. quæſo non ne intelligis?
am. Qui malũ intelligere quiſquã potis eſt ita nugas blactis?
So. Verum actutũ noſces inquã illũ noſces: ſeruum ſoſiam.
am. Sequere hac igitur me: nã mihi iſtuc primum exqſito eſt opus.
Sed uide ex nauí efferantur quæ iam imperaui omnia.
So. Et memor ſum & diligens ut quæ imperes compareant.
Non ego cum uino ſimitu ebibi imperium tuum.
am. Vtinam di faxint: infecta dicta recte uenianttua.

Alcumena. Amphytrio. Soſia.

al. Atin parua res eſt uoluptatum in uita
Atq; in ætate agunda
Præq̃ quod moleſtũ eſt: ita quoiq; cõperatũ
eſt in etate hominum.
Ita dis placitũ uoluptati ut mœror comes conſequatur.
Quin incõmodi plus maliq; illico adſit: boni ſi obtigit quid
Nam ego id nunc experior domo: atq; ipſa de me ſcio. cui uoluptas
Parumper dataſt: dum uiri mei mihi poteſtas uidendi fuit
Noctem unam modo: atq; is repente abiit a me hinc ante lucem.
Sola hic mihi nũc uideor: qa ille hincabeſt quẽ ego amo præter oẽs.
Plus ægri ex abitu uiri: q̃ ex aduentu uoluptatis cœpi. ſed hoc me beat
Saltẽ q; perduelles uincit: & domũ laudis cõpos reuenit. in ſolatio eſt.
Abſit: dum modo laude parta domũ recipiat ſe: ferã: & pferã uſq;
Abitũ eius animo forti atq; obfirmato: id modo ſi mercedis
Datur mihi ut meus uictor uir belli redeat: ſatis
Mihi eſſe dicam. uirtus premium eſt optimum
Virtus omnibus rebus anteit profecto
Libertas: ſaluS: uita: res. parentes: patria: & prognati
Tutantur: ſeruantur. uirtus omnia in ſeſe habet.
Omnia adſunt bona quem peneſt uirtus.
am. Edepol me uxori exoptatum credo aduenturũ domum
Quæ me amat: quã contra amo præſertim re geſta bene.
Victis hoſtibus: quos nemo poſſe ſuperari ratus eſt
Eos auſpicio meo: atq; ductu primo cœtu uicimus.
Certe enim me illi expectatum. optatum uenturum ſcio.
Qui me non expectatum rere amicæ uenturum meæ.
So. Meus uir hic qdẽ eſt. am. ſequere hac tu me. al. nã qd ille reuertit?
al. Qui dudum properare ſeſe aiebat? an ille me tentat ſciens?

Atque id si uult experiri suum abitū ut desiderem.
E castor me haud inuita se domum recepit suam.
So. Amphytrio redire ad nauem melius est nos. Am. qua gratia.
So. Quia domi daturus nemo est prandium aduenientibus.
am. Qui tibi nunc istuc in mentem uenit? So. quia enim sero aduenimus
am. Quia?. So. quia alemenā ante ædis stare saturam intelligo.
am. Grauidam ego illam hic reliqui quā habeo. So. hei perii miser.
am. Quid tibi est? So. ad aquam prehendā aduenī domū:
Decumo post mense ut rationē te dictare intelligo.
Am. Bono animo es. So. scinquā bono animo sim. si situlā iam cœpero
Nunquā edepol tu mihi diuino quicquā creduis post hunc diē
Ni ego illi puteo si occepso animā omnē intertraxero.
am. Sequere hac me modo. aliū ego isti rei alligabo: ne time.
al. Magis nunc meum officiū facerē: si huic eā aduersū arbitror.
am. Amphytrio uxorem salutat lætus sperata suam:
Quam omnium thebis uir unā esse optimam diiudicat
Quamque adeo ciues thebani uero rumificant probam.
Valuistin usq; expectatus aduenio? So. haud uidi magis
Expectatū. eum salutat haud quisquā q̄ canē.
am. Et quum te grauidam. & quū te pulchre plenā aspicio gaudeo.
al. Obsecro castor quid tu me deridiculi gratia
Sic salutas: atque appellas quasi dudū non uideris?
Quasi qui nunc primum recipias te domū huc ex hostibus?
Atque me nūc proinde appellas: quasi multo post uideris.
am. Immo equidem te nisi nunc hodie nusq̄ uidi gentium.
al. Cur negas? Am. qa uera didici dicere. Al. haud æquū facit:
Qui quod didicit id dediscit: an periclitamini
Qd animi habeam? sed quid huc reuortimini tam cito?
Ante te auspicium cōmoratū est? ante tempestas cōtinet.
Qui non abisti ad legiones ita ut dudum dixeras?
am. Dudū. q̄dudū istuc factū est. Al. tentas. iam dudū: pridē: modo.
am. Qui istuc potis est fieri quæso: ut dicis iam dudum modo:
al. Quid enim censes te ut deludam contra lusorē meū
Qui nunc primum te aduenisse dicas: modo qui hinc abieris.
am. Hæc quidē deliramēta loquitur: paulisper mane.
Dum edormiscat unum somnum. quæ ne uigilans somniet.
al. Equidē ecastor uigilo: & uigilans id quod factum est fabulor.
Nam dudum ante lucē & istūc & te uidi. Am. quo in loco.
al. Hic in ædibus ubi tu habitas. Am. nūq̄ factū est. So. nō taces:
Quid si e portu: nauis huc nos dormientis detulit.

am. Etiam tu quoq; assentaris huic? So. quid uis fieri?
Non tu sis bacchæ bacchanti si uelis aduersarier
Ex insana insaniorem facies: feriet sæpius.
Si obsequaris una resoluas plaga. Am. atpol qn certa res.
Hanc est adiurgare: quæ me hodie aduenientē domum
Noluerit salutare. So. irritabis crabrones. Am. tace.
Alcumena unū rogare te uolo. al. quid uis rogare roga.
am. Nunc tibi aut stulticia accessit: aut superat superbia?
al. Qui istuc in mente est tibi mi uir percontarier.
am. Quia si salutare uenientem me solebas ante hanc.
Appellare itidem: ut pudicæ suos uiros quæ sūt solent
Eo more expertē te factā adueniens offendi domum.
al. E castor equidē te certo heri aduenientem ilico
Et salutaui & ualuisses ne usq; exquesiui simul
Mi uir: & manū prehendi: & osculum detuli tibi.
So. Tun heri hunc salutauisti? Al. & te quoq; etiam sosia.
So. Amphytrio speraui ego istam tibi parituram filium.
Verum non est puero grauida. Am. quid igitur. So. insania
al. E quidem sana sum: & deos quæso ut salua pariam filium
Verum tu magnum malum habebis: si hic suum officium facit
Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.
So. Enimuero prægnanti oportet malum dari:
Vt quod obrodat sit animo si male esse occeperit.
am. Tu me heri hic uidisti? al. ego inquam si uis decies dicere
am. In somnis fortasse: al. immo uigilans uigilantē. am. ue misero mihi:
So. Quid tibi est? am. delerat uxor. So. atra bili percita est.
Nulla res tam delerantis homines concinnat cito:
am. Vbi primum sensisti mulier implicisciet?
al. E quidē castor sana & salua sum. Am. cur igitur prædicas.
Te heri me uidisse: qui hac noctu in portum aduecti sumus?
Ibi cœnaui: atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neque meum pedem huc intuli etiam in ædis: ut cum exercitu
Hinc profectus sum ad teloboas hostis: eosq; ut uicimus
al. Immo mecum cœnauisti: & mecum cubuisti. am. quid idest
al. Vera dico. am. non de hac quidem hercle re. de aliis nescio.
al. Primo diluculo abisti ad legiones: Am. quo modo.
So. Recte dicit ut commeminit: somnium narrat tibi.
Sed mulier postq̄ experrecta es prodigiali ioui
Aut mola falsa hodie: aut thure comprecatam oportuit.
al. Ve capiti tuo. So. tua istuc refert si curaueris.

al. Iterum iam hic in me inclementer dicit atq; id sine malo.
am. Tace tu:tu dic:ego ne abs te habii hinc hodie cũ diluculo!
al. Quis igitur nisi uos narauit mihi illic ut fuerit prœliũ!
am. An etiã id tu scis! Al.quippe qui ex te audiui ut urbẽ maximã
Expugnauisses:regẽq; pterelã tu te occideris.
am. Egone istuc dixi! Al.tu te istic etiam ad stante hoc sosia.
am. Audistin tu me narrare hoc hodie! So.ubi ego audiuerim.
am. Hanc roga.So.me quidem præsente nũq; factũ est quod sciam.
al. Mirum quin te aduersus dicat.Am.sosia age me huc aspice.
So. Specto.Am.uera uolo loqui.te nolo assentari mihi.
Audistin tu hodie me dicere ea quæ illa autumat.
So. Quæso edepol num tu quoq; ẽt insanis quũ id me interrogas.
Qui ipsius equidẽ nunc primũ istanc tecum cõspicio simul.
am. Quin nunc mulier audin illũ.Al.eo fit quia mihi
Primũ credo & scio ista & facta proinde ut proloquor.
am. Tum me heri aduenisse dicis.Al.tun te abisse hinc negas.
am. Ego enimuero.& me aduenire nũc primũ aio ad te domũ.
al. Obsecro etiã ne hoc negabis: te aureã paterã mihi
Dedisse dono hodie qua te illic donatũ esse dixeras.
am. Neque edepol dedi:neque dixi:uerũ ita animatus fui
Itaque nunc sũ ut ea te patera donẽ:sed quis istuc tibi
Dixit.Al.ego equidẽ ex te audiui:& extua accepi manu
Paterã,Am.mane mane obsecro te.nimis demiror sosia
Qui illæc illic me donatũ esse aurea patera sciat.
Nisi tu dudũ hanc conuenisti:& narrauisti hæc omnia
So. Neque edepol ego dixi:neque istã uidi nisi tecũ simul
am. Quid hoc sit hominis.Al.uin pferri paterã.Am.pferri uolo.
al. Fiat.tu thessala intus paterã proferto foras:
Qua hodie meus uir donauit me.Am.secede huc tu sosia
Enimuero illud præter alia mira miror maxime
Si hæc habet paterã illã.So.an etiam credis id q̃ in hac cistellula
Tuo signo obsignata ferunt.Am.saluũ signũ est.So.inspice.
am. Recte ita est ut obsignaui.So.quæso quin tu istanc iubes
Procerita circũferri.Am.edepol qui facto est opus.
Nã hæc quidẽ edepol laruarũ plena sunt qd uerbis opus est.
Hem tibi paterã eccam.Al.credo mihi age aspice huc sis nunc iã
Tu qui quæ facta inficiare: quem ego iam hic conuincã palã.
Est ne hæc patera qua donatus illic.Am.summe iuppiter.
Quid ego uideo .hæc est ea profecto patera:perii sosia
So. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxima est.

Aut pateram hic ineſſe oportet. Am. agedon eam ſolue ciſtulam.
So. Quid ego iſtam exoluam. obſignataſt recte: res geſta eſt bene.
Tu peperiſti amphytrionem: ego alium peperi ſoſiam.
Nunc ſi pateram patera peperit. omnes congeminauimus.
am. Certum eſt aperire: atque inſpicere. So. uide ſis ſigni quid ſiet
Ne poſterius in me culpam tranſieras. Am. aperi modo.
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis poſtulat.
al. Vnde hæc igitur eſt niſi abſte quæ mihi dono data eſt.
Am. Opus mihi eſt iſtuc exquiſito. So. iuppiter proh iuppiter
Am. Quid tibi eſt. So. hæc patera nulla inciſtulaſt. Am. quid ego audio.
So. Id quod ueruſt. Am. actum cruciatu iam niſi apparet tuo.
al. Hæc quidem apparet. Am. quis igitur tibi dedit. Al. qui me rogat.
So. Me captas quia tutæ ab naui clanculum huc alia uia
Præcucuriſti: atq; hinc pateram tutte exemiſti. atq; eam
Huic dediſti: poſthac rurſum obſignaſti clanculum.
Am. Hei mihi iam tu quoq; huius adiuuas insaniam.
Ain heri nos ueniſſe huc? Al. aio aduenienſq; illico.
Me ſalutauiſti: & ego te. & oſculum tetuli tibi
Am. Iam illud non placet de oſculo: pergam exequi.
al. Lauiſti. Am. quid poſtq̃ laui. Al. accubuiſti. So. euge optime
Nunc exequire. Am. ne interpella. perge porro dicere.
Al. Cœna appoſita eſt: cœnauiſti mecum: ego accubui ſimul.
Am. In eodem lecto. eſt Al. in eodem. So. ei non placet cõuiuium.
Am. Sine modo argumenta dicat: qd poſtq̃ cœnauimus.
Al. Te dormitare aiebas: menſa ablata eſt: cubitum hinc abimus.
am. Vbi tu cubuiſti. Al. in eodem tecum una in cubiculo
am. Perdiſti. So. quid tibi eũ. Am. hæc me mõ ad mortem dedit.
al. Quid iã amabo. Am. ne me appella. So. qd tibi eũ. Am. perii miſer.
Quia pudicitiæ huius uicium me hic abſente eſt aditum
al. Obſecro e caſtor cur iſtuc mi uir ex te audio.
am. Vir ego tuus ſim. ne me apella falſo nomine.
So. Hæret hæc res: ſi quidem hæc iam mulier facta eſt ex uiro.
al. Quid ego feci: q̃ iſtæc propter dicta dicantur mihi.
am. Tu te edictas facta tua: ex me quæris quid deliqueris.
al. Quid ego tibi deliqui. ſi cui nupta ſum tecum fui.
am. Tum mecum fueris. quid illac impudente audacius.
Saltẽ tute ſi pudrois egeas ſumas mutuũ.
al. Iſtuc facinus q̃ tu inſimulas noſtro generi non decet
Tu ſi me impudicitiæ captas non potes capere
am. Proh di immortalis cognoſcin tu me ſoſia ſaltem.

So. Propemodum.am.cœnaui ego heri in naui in portu persico!
So. Mihi quoq; adsunt testes:qui illud quod ego dicam assentiant.
Nescio quid istuc negocii dicam nisi quispiam est,
Amphytrio alius:qui forte te hic absente tamen
Tuam rem curet:teq; absente hic munus fungatur tuum.
Nanq; de illo subditiuo sosia mirum nimis est:
Certe de hoc amphytrione iam alterum nimis est magis.
Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem
al. Per supremi regis regnum iuro:& matrem familias
Iunonem: quam me uereri & metuere est par maxime:
Vt mihi extra unum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit:quo me impudicam faceret.am.uera istæc uelim
al. Vera dico:sed nequicq̃:quoniam non uis credere.
am. Mulier es audacter iuras.al.quæ non deliquit decet
Audacem esse:cofidenter pro se & proterue loqui.
am. Satis audacter.al.ut pudicam decet.am.in uerbis probas
al. Nõ ego illam mihi dotem duco esse:que dos dicitur.
Sed pudicitiam:& pudorem:& sedatum cupidinem.
Deum metum:parentum amorem:& cognatum concordiam.
Tibi morigera:atq; ut munifica sim bonis:prosim probis.
So. Ne ista edepol si hæc uera loquitur examussim est optima.
am. Delinitus sum profecto ita:ut me qui sim nesciam.
So. Amphytrio es profecto:cauesis ne tu te usu perduis.
Ita nunc homines immutantur:postq̃ peregre aduenimus.
am. Mulier istam rem inquisitam certum est non amittere.
al. Edepol me libente facies.am.quid ais!responde mihi.
Quid si adduco tuum cognatum huc a naui naucraten:
Qui mecum una uectus est una naui:atq; is si denegat
Facta quæ tu facta dicis quid tibi æquum est fieri:
Nunquid causam dicis quin te hoc mulctem matrimonio.
al. Si deliqui nulla causa est.am.conuenit:tu sosia
Duc hos intro.ego huc ab naui mecum abducam naucraten
So. Nunc quidem præter nos nemo est:dic uerum serio.
Ecquis alius sosia intust:qui mei similis siet!
al. Abin hinc a me dignus domino seruus!So.abeo si iubes.
al. Nimis ecastor facinus mirum est qui illi collibitum siet.
Meo uiro sic me insimulare falsum facinus tam malum.
Quidquid id est:iam ex naucrate cognato id cognoscam meo.

Iuppiter.

Ego sum ille amphytrio cuius est seruus sosia
e Idem mercurius qui sit quando comodust.
In superiore qui habito cœnaculo.
Qui interdum fio iuppiter quando lubet.
Nunc autem quo exemplo aduentum apporto illico
Amphytrio fio: uestitum immuto meum.
Nunc huc honoris uestri uenio gratia
Ne hanc incohatam transigam comœdiam.
Simul alcumenæ quã uir insontem probri
Amphytrio accusat ueni ut auxilium feram
Nam mea sit culpa: quod egomet contraxerim
Si id alcumenæ innocenti expetat.
Nunc amphytrionem memet ut occepi semel.
Esse assimulabo: atq; in horum familiam
Frustrationem hodie iniciam maximam.
Post igitur demum faciam res fiat palam.
Atq; alcumenæ in tempore auxilium feram.
Faciamq; ut uno fœtu & quod grauida est uiro:
Et me quod grauidast pariat sine doloribus.
Mercurium iussi me continuo consequi
Si quid uellem imperarem: nunc hanc alloquar.

Alcumena. Iuppiter.

Al. Vrare nequeo in ædibus ita me probri:
d Stupri: dedecoris: a uiro argutam meo.
Ea quæ sunt facta infecta re acclamitat
Quæ neq; sũt facta: neq; ego in me admisi arguit
Atq; id me suspicq; deq; esse habituram putat.
Me edepol faciam: neque me perpetiar probri
Falso insimulata m: quin ego illum aut deseram:
Aut satisfaciat mihi: atq; adiuret insuper
Nolle esse dicta quæ in me insontẽ protulit:
Iu. Faciundũ est mihi illud fieri quod illæc postulat:
Si me illã amantẽ ad sese studeã recipere:
Quãdo ego quod feci factũ id amphytrioni obfuit:
Atq; ille dudũ meus amor negociũ
Insonti exhibuit. nunc autẽ sonti mihi
Illius ira in hanc & maledicta expetent.
al. Et eccum uideo qui me miseram arguit
Stupri: dedecoris. Iu. te uolo uxor colloqui.
Quo te auertisti? al. ita ingenium meũ est

Inimicos oſa ſum ſemper obtuerier.
Iu. Eia autem inimicos. Al. ſic eſt. uera praedico.
Niſi etiam hoc falſo dici inſimulaturus es.
Iu. Nimis uerecunda es: Al. potin eſt ut abſtieas manum.
Nam certo ſi ſis ſanus: aut ſapias ſatis.
Quam tu impudicam eſſe arbitrere & praedices
Cum fatus ſermonem nec ioco nec ſerio
Tibi habeas niſi ſis ſtultior ſtultiſſimo.
iu. Si dixi nihilo magis es: neque eſſe arbitror.
Et id huc reuorti: ut me purgarem tibi
Nam nunq̃ quicquã meo animo fuit egrius
Quam poſtq̃ audiui te eſſe iratam mihi.
Cur dixiſti inquies. ego expediam tibi.
No nedepol quo te eſſe impudicam crederem.
Verum periclitatus ſum animum tuum.
Quid faceres: & quo pacto id ferre induceres
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi
Ridiculi cauſa. uel hunc rogato ſoſiam.
Quin huc adducis meum cognatum naucraten?
al. Teſtem quem dudum te adducturum dixeras
Te huc non ueniſſe. Iu. ſi quid dictum eſt per iocum
Non æquum eſt id te ſerio præuortier.
Ego illud ſcio quam doluerit cordi meo.
al. Per dexteram tuam te alcumena ora obſecro
Iu. Da mihi hanc ueniam: ignoſce: irata ne ſies.
Ego iſtæc feci uerba uirtute irrita.
al. Nun quando factis me impudicis abſtines
Ab impudicis dictis auorti uolo?
Valeas: tibi habeas res tuas: reddas meas.
Iuben mihi ire comites. iu. ſanan es? Al. ſi non iubes
Ibo egomet. comitem mihi pudicitiam duxero.
Mane: arbitratu tuo iuſiurandum dabo
Me meam pudicam eſſe uxorem arbitrarier.
Iu. Id ego ſi fallo tum te ſumme iupiter
Quæſo amphytrioni ut ſemper iratus ſies
Ah propicius ſit potius. iu. confido fore.
Nam iuſiurandum uerum te aduerſum dedi.
al. Iam nunc irata non es. Al. non ſum. iu. bene facis.
Nam in hominum ætate multa eueniunt huiuſmodi.
Capiunt uoluptates capiunt rurſum miſerias:

Iræ interveniũt, redeũt rursũ in gratiã.
Verum, iræ si quæ forte eveniũt huiusmodi
Inter eos: rursũ si revẽtũ in gratiam'st,
Bis tanto amici sunt ĩter se, q̃ prius.
al. Primũ cavisse oportuit ne diceres,
iu. Verum eadem si iisdem purgas, mihi patiunda sũt.
Iube uero uasa pura parari mihi,
Vt quæ apud legiõem uota uoui, si domũ
al. Redisse saluus, ea ego exsoluã ĩa
Ego istuc curabo. iu. euocate huc Sosiã:
Gubernatorem, qui ĩ mea naui fuit:
Blepharõem arcessat: quĩ nobiscum prandeat.
Is adeo improuisus ludificabitur:
al. Quom ego Amphytrionem collo hinc obstricto traham.
Mirũ, quid solus secum secreto ille agat.
Atq̃ aperiũtur ædes: exit Sosia.

So. Sosia: Iuppiter: Alcmena:

iu. Amphytrio assũ: si quid opus est: ĩpera: ĩperiũ exequar:
Optume aduenis: So. iam pax est ĩter uos duos?
Nam quia uos tranquillos uideo: uolupe est mihi et gaudeo.
Atque ita seruom par uidetur frugi sese ĩstituere:
Proinde heri ut sint: ipse item ĩt: uoltũ e uoltu cõparet:
Tristis sit si heri sint tristes: hilarus si gaudeãt:
Sed age: responde: iã uos redistis ĩ concordiã?
iu. Derides: qui scis hæc iamdudum me dixisse per iocum.
So. An id ioco dixisti? eqdẽ serio ac uero ratus:
iu. Habui expurgationẽ: facta pax est. So. Optume'st.
iu. Ego rem diuinam ĩtus faciã uota quæ sunt. So. censeo.
Iu. Tũ gubernatorem à naui huc euoca uerbis meis
Blesaronem, ut re diuina facta mecum prandeat.
So. Iam hic ero, quom illic censebis esse me. Iu. actutum huc redi.
Al. Nunquid uis? quin abeam iam intro, ut apparentur, quibus op'st.
Iu. I sane, et quantum potes, parata fac sint omnia.
Al. Quin uenis, quando uis, intro, faxo haud quicquam sit moræ.
Quando exiurasti, te mihi hæc dixisse per iocum.
Iu. Recte loquere, et perinde, ut diligentem uxorem decet.
Hi iam ambo, et seruus et herã frustra sunt duo.
Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe.
Nunc tu diuine huc fac adsis Sosia.
Audis quæ dico, tametsi præsens non ades.
Fac Amphitruonem huc aduenientem ab ædibus
Vt abigas quouis pacto, fac commentus sies
Voto deludi illum, dum cum hac usuraria

Vxore nunc mihi morigero. hæc curata sient
Fac sis perinde adeo, ut me uelle intelligis.
Atque ut ministres mihi, quom mihi sacrificem.

Mercurius.

Oncedite, atque obscedite, omnes de uia decedite
c Nec quisquam tam audax fuat homo, q obuiam obsistat mihi.
Nam mihi qdem herclo qui minus liceat Deo ministarier
Puto, ni decedat mihi, q seruolo in comœdijs?
Ille nauem saluam nauiat, aut irati aduentum senis.
Ego sum Iouis dicto audiens, ejus jussu nunc huc me affero.
Quamobrem mihi magis par est uia decedere, et concedere.
Pater uocat me, eum sequor, ejus dicto imperio sum audiens.
Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.
Amanti supparasitor, horto adito, admoneo, gaudeo.
Siquid patri uolupe'st, uoluptas ea mihi multo maxuma'st.
Amat, sapit. recte facit, animo quando obsequitur suo.
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono.
Nunc Amphitruonem uolt deludi meus, faxo probe
Iam hic deludetur spectatores uobis spectantibus.
Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebrium.
Atque illuc sursum ascendero, inde optume cispellam uirum
De supero, quom huc accesserit, faciam, ut sit madidus, sobrius.
Deinde ille actutum sufferet suus seruos pœnas Sosia.
Eum fecisse ille hodie arguet, quæ ego fecero hic. quid mea?
Meo me æquom'st morigerum patri. ejus studio servire addecet.
Sed eccum Amphitruonem, aduenit. iam ille hic deludetur probe.
Siquidem uos uoltis auscultando operam dare.
Ibo intro, ornatum capiam qui potius decet.
Deinde sursum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

ACTVS QVARTVS

Amphitruo

Aucraten quem conuenire uolui, in naui non erat.
n Neque domi, neque in urbe inuenio quenq, qui illum uiderit.
Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia,
Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro,
In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras.
Sum defessus quæritando, nusquam inuenio Naucraten.
Nunc domum ibo, atque ex uxore hanc rem pergam exquirere,
Quis fuit, quem propter corpus suum stupri compleuerit.

Nam me quã illam questionẽ inquisitã hodie amittere
Mortuũ satius est:sed ædis occluserunt:euge pariter hoc fit
Atq; ut alia facta sũt:feriam foris: aperite hoc
Heus ecquis hic est!ecquis hoc aperit hostium!

Mercurius. Amphytrio.

Me. Vis ad fores! Am.ego sũ. Me.qd ego sũ! Am.ita loquor
Me. q Tibi iuppiter diq; oẽs irati certo sũt qui sic frãgas fores
am. Quo modo. Me.eo mõ ut pfecto uiuas etatẽ miser
am. Sosia. Me.ita sum sosia nisi me esse oblitum existimas:
Quid nunc uis. Am.sceleste at etiã quid uelim id tu me rogas
Me. Ita rogo.pene effregisti fatue foribus cardines.
An foris cẽsebas nobis publicitus præberier.
Quid me aspectas stolide!qd nunc uis tibi aut quis tu es hõ!
am. Verbero etiãqs ego sim me rogitas. ulmorũ acheruns!
Quẽ pol ego hodie ob istæc dicta faciã feruentẽ flagris.
Me. Prodigũ te fuisse oportet oli in adolesentia. Am.q dũ!
Me. Quia senecta ætate a me mendicas malũ:
am. Cũ cruciatu tuo istæc hodie uerna uerba funditas
Me. Sacrufico ego tibi. Am.q! Me.quia enim te macto.
am. Tun me mactes carnifex nisi formam dii hodie meã perdiunt.
Faxo ut bubulis coriis onustus sis saturni hostia.
Me. Larua umbratilis me minis territas: ni hinc fugias.
Si denuo pultaueris:si iam minusculo digito fores increpuerint.
Hac tegula tuum diminuam caput:ut cum dentibus linguam expuas.
am. Tun furcifer meis me procul prohibes edibus.
Me. Tũ meas pultare fores:am.hasce illico toto demoliar cardine.
Me. Pergin! am.pergo.me.accipe.am.hem sceleste in hec
Si te hodie apprehẽdero ad id te redigam miseriarũ: ut semp sis miser
Me. Bachanal te exercuisse opportuit senex.am.quidum!
Me. Q ũo tume tuum seruum censes.am.quid censeo!
Me. Malum tibi:nam mihi herum preter amphytrionem noui neminem.
am. Nun formam perdidi!quum me minus norit sosia.
Scrutabor:eho dic mihi quid uideor nũ satis amphitrio!
Me. Amphytrio sanus ne es nõ ne tibi predictum senex!
Bachus bacchanal exercuisti:cum qui sis alium roges.
Abscede moneo molestus ne sies:dum amphytrio
Cum uxore modo ex hostibus adueniens uoluptatem capit
am. Qua uxore! me.alcmena.am.quis illic homo.
Me. Quotiens dictum uis:amphytrio herus meus.molestus nesies.
am. Qui cum cubat:me.uide ne infortunium quæras qui me ludifices.

am. Dic quæso mi sosia.me. blandiris cũ alcmena.a.in eodem cubiculo
Me. Immo ut arbitror corpore corpus incubat.am.ue misero mihi
Me. Lucrum est quod miserie deputat:nam uxorem usurariam.
Peride est præberier:ac si agrũ sterilem bene fodiendum loces.
am. Sosia.me.Quid sosia:am.non me nosti uerbero.
Me. Noui te hominem molestum:quiue emas litigium:
am. Adhuc amplius non ego herus sum tuus amphytrio.
Me. Tu bacchus es.haud amphytrio:quotiens tibi dictum:nũ denuo
Amphytrio intus uno cubiculo uno complexu acmenam tenet
Si pergas huc eum sistam:neq; sine tuo magno malo
am. Cupio accersi ut ueniat pro benefactis hodie dii faciant
Patriã:edes:uxorem:familiam cum forma una perduam
Me. Vccersam equidem sed de foribus interea uidebis
Credo iamq; uolabat sacrificiaad epulum id conducier.
Si molestus fueriseuades nunq̃ qui te sacrificem.
Amphytrio Blefaro:sosia:
Ii uestram fidem:quæ pitomperie nostram agunt familiã:
d Quæ mira uideo postq̃ aduenio peregre.
Nũ uerũ quod olim auditum fabularier.
Mutat os atticos in arcadia homines.& seuas beluas
Mansisse:neq; unq̃ denuo parentibus cognitos.
Bl. Quid illud sosia magna sunt quæ mira predicas.
Ain tu alium reperiisse domi consimilem sosiam.
So. Ain ais immo & ego sosiam & amphytrionem amphytro.
Puto peperimus:forte tu aliũ blefaronem paries:odii faciant.
Vt concisus pugnis & illisis dentibus id impransus creduas.
Nam ille ego alter sosia qui illic sum me malis mulctauit modis.
Bl. Mira profecto sed gradus grandire eo condecet:ut uideo
Expectat amphytrio:& uacuus mihi uenter crepitat
am. Ecquid aliena fabulor:in nostro olim thebano genere
Plusq̃ mira memorant martigena ille aggressus beluã
Magnus europe exquisitor anguineus repente hostis perit.
Et illac pugnata pugna fratrem fraudabat hasta & galea.
Et nostre auctorem gentis cum pulcra ueneris filia
Repsisse anguem tellus uidit epyrothica.
Sic de summo summus iuppiter statuit sic factum habet
Homines martis optimis pro claris factis duris angunt̃ malis.
So. Blefaro:Bl.Quid est.So.nescio quid mali suspicor.
Bl. Quid.So.uide sis:herus ut salutator ob pesultas fores graditur
Bl. Nihil mea & famem spectat obambula re: dum ob ambulabat.

So. Curiose quidem fores nostras clausit ne preuorteretur foris.
Bl. Obgannis.So.nec gannio nec latro si me audias.
Obserues:nescio quid sercum solus:puto rationes colligit
Quid dicat:de loco excipiamus:ne propera.
am. Vt metuo ne uictis hostibus dii partam expugnent gloriam.
Totam miris modis nostram uideo turbatam familiam.
Vxor stupro uitio dedecore me plena enecat.
Sed depatera mirũ signum tñ erat designatum probe
Quis &.n.pugnas pugnatas & pterulã
Nostris expugnatum occisum fortiter manibus.
At at noui iam id sosiæ factum opera.
Qui me hodie quoq; præsentem ausit indigne præuortier.
So. De me loquitur & quæ minus uelim
Quæso ne congrediamur:priusq; stomachum detexerit.
Bl. Consistam:Am.si illum datur hodie mastigiam apprehendere
Ostendam quid sit herũ fallere:minis & dolis incessere
So. Audin tu illum:Bl.audio.so.illac machina
Meas onerat scapulas:sed eum compellemus
Sic inde quod uulgo dici solet.
Bl. Quid dicturus:nescio quid tibi faciendũ ariolor
So. Vetus est adagiũ:fames & mora bilem in nasum conciunt.
Bl. Verũ:ideo hominem cõpellabo:amphytrio.
Am. Blefaronem audio mirũ quid ad me ueniat
Oportune tñ se offert:ut facta uxoris cõuincam turpia
Quid huc me blefaro.Bl.oblitus tã cito
Qui diluculo misisti sosiã ut hodie tecũ conuenirem
Am. Nusq; id factũ gentiũ sed illic scelestus ubi Bl.quis.am.sosia
Bl. Eccũ illũ:am.ubi.Bl.ante oculos nũ uides:am.uix præ ira uideo
Adeo me istic hodie delyrũ fecit:nun te sacrificem
Nũq; euades:sine blefaro:Bl.ausculta præcor.
Am. Die ausculto:tu uapula:qua de re nõ facis in tempore
Bl. Non ocyus quasi dedaleis me tulissem remigiis
Abstine quæso nõ potuimus nostros grãdius grãdire gradus.
Am. Siue gradatorius siue testudineus fuerit.certũ est mihi.
Hunc scelestũ perdere en tectũ en tegulas
En obductas fores en ludificatum herum.
En uerborũ scelus.Bl.quid mali fecit am.Rogas
Ex illo tecto exclusum foribus me deturbauit edibus.
So. Ego ne.am.negas sceleste.so.nego en testis ampliter.
Quocũ uenio missus sedulo ut ad te uocatum ducerem

am. Quis te misit furtifer:So.qui me rogat:Am.quoq̃ gentiũ!
So. Dudum iã pridẽ mõ ubi cũ uxore doris redisti ignotã.
Bachus te irritasit.So.nec bacchũ salutaui:nec cerorem.
Tu purgan iusseras uasa diuinã rem ut faceres
Et hunc me accersitũ misseras ut tecũ prãdeat.
am. Blefaro dispersam si aut intus fui:aut si hũc miserã
Dic ubi me liquisti.So.domi cũ alcmena coniuge a te abiens.
Portũ uersus uolito hunc tuis uerbis uoco
Venimus nec te nisi nunc uideo postea.Am.scelestũ caput
Cum uxore hac nũq̃ abis qn uapules.Bl.
Mitte hunc modo mea gratia & me audias.
Am. En mitto quiduis loquere.Ble.istic dudũ maxima
Memorauit mira forte præstigiator aut ueneficus.
Hanc excantat familiam inquire aliunde uide quid siet.
Nec ante excrutiatũ hunc miserũ facias q̃ rem intelligas.
Am. Recte mones eamus te aduersum uxori ẽt aduocatũ uolo.
Iuppiter.Sosia.Blefaro.Amphytrio.
Vis tã uasto ipse tu has fores toto cõuulsit cardine
q Quis ante edes tantas tamdiu turbas concitat
Quem si cõperio telebois sacrificabo manibus.
Nihil est ut dici solet quod hodie bene succedat mihi
Desenu blepharonem & sosiã:ut cognatũ naucratem
Conuenirem:hunc non repperi & illos perdidi.
Sed eos uideo ibo aduersus ut siquid habene
Blepharo illic qui ex edibus est herus hic uero ueneficus.
Bl. Proh iuppiter quid ego uideo hic non est sed ille amphytrio.
Istic si fuat illũ sane non esse opportuit nisi sit geminus.
Iu. Eccũ cũ blepharone sosiã:cõpellabo hos pruis
Sosia tandem ad nos esurio.So.dixim tibi hunc ueneficũ!
Here tu esuris ego sator pugnis ad te uolito
Am. Pergin mastigia:So.abi ad acherontem uenefice
Men ueneficũ:uapula:Iu.quæ hospes intemperiæ
Am. Vt tu meũ uerteres.Am.tuũ!Iu.meũ.Am.mentiris.
Iu. Sosia i intro dũ hunc sacrifico:fac paretur prandium:
So. Ibo amphytrionem arbitror ita comiter amphytrio
Accipiet:ut me ego illealter sosia sosiam:
Dum isti certant in popinã diuertendũ est mihi
Lances detergam oẽs:omnesq̃ tegulas auriã:
Iu. Tun me mentiri ais! Am.mentiris inquã meæ corruptor falsis.
Iu. Ob istuc indignum dictũ te abstricto collo hac diripiam
am. Ve misero mihi.Iu.antea id præcauisse opportuit.

am. Blepharo ſuppetias mihi:Bl.conſimiles ſunt adeo
Vt utri adſim neſciã:rixam tñ ut poſſum dirimã.
Amphytrio noli amphytrionem duello perdere.
Linque collũ precor:Iu.hũc amphytrionem dictas.
Bl. Quidni unus olim nunc uero partus eſt geminus.
Dum tu uis eſſe alter forma quoq; eſſe nõ deſinit
Interea queſo collũ linq;.iu.linquo:ſed dic mihi
Videtur ne tibi iſtic amphytrio:bl.uterq; quidem.
am. Proh ſumme iuppiter ubi hodie mihi forma adimis.
Pergo querere:tun amphytrio?iu.tũ negas.am.pernego
Q ñ thebis preter me nemo eſt amphytrio.
Iu. Immo preter me nemo:atq; blepharo iudex ſies.
Faciam id ſi queo ſignis palam:reſpondet tu pruis
am. Lubens.bl.antequã cũ taphiis pugna ſit innita.
Quid mãdaſti:Am.parata naui clauo hereres ſedulo
Iu. Si noſtri fugã facerent illuc me tuto reciperem
am. Item aliud me:ut nummatũ ſeruaretur marſupiũ
Bl. Quæ peraniæ:bl.taceſis meũ eſt querere
Ble. Sciſti numerũ.iu.talenta quadrinta attica.
Hic ex amuſſim rem enarrat & tu:quod philippei.am.duo milia
Oboli uero bis totidem:bl.uterq; rem tenet probe.
Iu. Intus in crumena alterũ clauſum eſſe opportuit
Attende ſis hac dextra(ut noſti)regem mactaui pterela.
Spolia ademi & paterã qua ille potare ſolitus eſt
In ciſtella pertuli:& dono uxori meæ dedi.
am. Q uicũ hodie domi laui ſacrificaui & cubui
Hei mihi quid audio uix apprime ſum uigilans.
Q uippe dormio uigilans ſomnio & ſanus intereo
Ego ille idem ſum amphytrio geraphonis nepos.
Thebanorũ imperator & creontis inimicus
Teleboorum perduellis:qui
Vi uici & ſumma regem uirtute bellica
Illi iſti pretuli caphalũ magni acionis filium:
Iu. Ego latrones hoſtes uirtute & bello contadi:
Electionides perdiderat noſtræ germanus coniugis
Acaiam etholiam phocida aoniam.per freta
Ioniam egeũ & creticũ uagans uertebat pyratica
am. Dii immortales iam mihi non credo:ita hic omnia.
Quæ facta ſunt examuſſim loquitur:bl.uide.
Vnũ ſupereſt id ſi fuat amphytriones ſito te gemini.iu. qd dicas noui

Ex illoc uulnere quod mihi nupegit pterela.
Bl. Hoc equidem.am.apposite uiden en aspice
Iu. en aspice.Bl.aspiciam.
Bl. Supreme iuppiter:qd intueor utrique minustulo
Dextro:eodem in loco:signo eodem apparet probe
Vt primũ tonuit cicatrix rufula sub lurida
Iacent rationes silet iudiciũ:quid dicã nescio.
Blepharo.Ampytrio.Iuppiter.
Ble. Os inter uos partite:ego abeo:mihi negociũ est.
Neque ego unq̃ usq̃ tanta mira me uidisse censeo.
Blepharo q̃so te ut aduocatus mihi adsis.ne ue abeas.Ble. uale
am. Quid opust me aduocato:qui utri sim aduocatus nescio.
Iu. Intro ego hinc eo:alcumena parturit.am.perii miser.
Quid ago:quem aduocati iam atque amici deserunt.
Nunquã edepol me inultus istic ludificauit:quisquis est.
Nam iã ad regẽ recta me ducã:resq; ut facta est eloquar
Ego pol illum ulciscar hodie thessalũ ueneficum:
Qui peruerse perturbauit familiæ mentẽ meæ:
Sed ubi illest. intro edepol abiit credo ad uxorẽ meã.
Qui me thebis alter uiuit miserior: quidnã agam.
Quem omnes mortales ignorant & ludificant ut lubet.
Certust introrũpam in ædibus:ubi quẽque hominẽ aspexero:
Siue ancillã: siue seruũ.siue uxorẽ:siue adulterũ:
Seu patrẽ: siue auum uidebo:obtruncabo in ædibus.
Neque me iuppiter:neque di omnes id proibebunt. si uolunt.
Quin sic faciam ut constitui: pergam in ædibus nunc iam.
Bromia ancilla. Amphytrio
Apes atq; opes uitæ meæ iacent sepultæ in pectore
d Neque ullast confidentia iã in corde qn amiserim.
Ita mihi uidentur omnia:mare:terra:cælũ consequi
Iam ut opprimar:ut enecer:me miseram.quid agam nescio.
Ita tanta mira in ædibus sunt facta:ue miseræ mihi
Animo malest:aquã:uelim:corupta sũ atq; asumpta sum.
Caput dolet:neq; audio:nec oculis prospicio satis
Nec me miserior fœmina est:neq; ulla uideatur magis
Ita heræ meæ hodie contigit:nã ubi parturit:deos sibi inuocat
Strepitus:crepitus:sonitus:tonitrus:ut subito:ut ppe:ut ualide tõuit
Vbi quisque institerat concidit crepitu.ibi nescio quis maxima
Voce exclamat alcumena adest auxilium: ne time:
Et tibi:& tuis propicius cæli cultor aduenit.

Exurgite inquit qui terrore meo occidistis præ metu.
Vt iacui exurgo:ardere censui ædis:ita tum fulgebant.
Ibi me inclamat alcumena:iam ea res horrore afficit.
Herilis præuertit metus:accurro ut sciscam quid uelit
Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor.
Neque nostrum quisq̃ sensimus quum peperit:
Neque preuidimus:sed hoc quid.quis hic est senex.
Qui ante ædis nostras sic iacet.nũnam hunc percussit iuppiter
Credo edepol:nam proh iuppiter sepultus est quasi sit mortuus.
Ibo & cognoscam quisquis est amphytrio hic quidem
Amphytrio.am.perii.Bro.surge.am.interii.bro.cedo manũ
am. Quis me tenet.bro.tua broma ancilla.
am. Totus timeo:ita me increpuit iuppiter:
Nec secus est q̃ si ab acheronte ueniam:sed quid tu foras
Egressa es.bro.eadem nos formido timidas terrore impulit.
In ædibus tu ubi habitas nimia mira uidi:ue mihi
Amphytrio ita mihi animus etiã nũc abest.am.agedũ expedi.
Sin me tuũ esse herꝯ amphytrionẽ.Bro.scio. Am.uide etiã nũc.
Bro. Scio.am. hæc sola sarcã gestat mea familiarium.
Bro. Immo omnes sani sunt pfecto.am. at me uxor insanum facit
Sui fedis factis.Bro.at ego faciam tu idem ut aliter prædices
Amphytrio piam & pudicam esse tuã uxorẽ ut scias
De ea re signa atqꝫ argumenta paucis uerbis eloquar.
Omnium primum alcumena geminos peperit filios
am. Ain tu gemios.Bro.geminos.am.di me seruant.Bro.sine me dicere
Vt scias tibi tuæqꝫ uxori deos esse omnis propicios.
am. Loquere.bro.postq̃ parturire hodie uxor occepit tua.
Vbi utero exorti dolores ut solent puerperæ
Inuocat deos immortales:ut sibi auxilium ferant.
Manibus puris:capite operto.ibi continuo contonat
Sonitu maximo.ædes primo ruere rebamur tuas.
Aedes totæ confulgebant tuæ quasi essent aureæ:
am. Quæso obsoluito hinc me extẽplo quãdo satis deluseris.
Quid fit deinde?Bro.dum hæc aguntur interea uxorẽ tuã
Neque gementem:neqꝫ plorantem nostꝫ quisq̃ audiuimus:
Ita profecto sine dolore peperit. Am.iam istuc gaudeo
Vtut erga me merita.Bro.mitte istæc:atqꝫ hæc q̃ dicã accipe.
Postq̃ peperit pueros:lauare iussit nos:occepimus.
Sed puer ille quẽ ego.laui ut magnus est & multum ualet.
Neqꝫ eum quisq̃ colligare quiuit in cunabulis

am. Nimia mira memoras:si istæc uera sunt:diuinitus
Non metuo quin meæ uxori latæ suppetiæ sient:
Bro. Magis iam faxo mira dices:postq̃ in cunas conditus est:
Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo
Maximi:continuo extollunt ambo capita. Am. hei mihi.
Bro. Ne paue:sed angues oculis omnis circunuisere.
Postq̃ pueros conspicati. pergunt ad cunas citi.
Ego cunas recessum uorsum trahere & ducere
Metuens pueris:mihi formidans:tantoq; angues acrius
Persequi:postq̃ conspexit angues ille alter puer:
Alterum alter apprehendit eos manu perniciter:
Citus e cunis exilit. facit recta in anguis impetum
am. Mira memoras:nimis formidolosum prædicas facinus.
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
Quid fit deinde porro loquere. Bro. puer ambos anguis enecat.
Dum hæc aguntur:uoce clara exclamat uxorem tuam.
am. Quis homo? Bro. summus imperator diuũ atq; hominũ iuppiter.
Is se dixit cũ alcumena clam consuetum cubilibus:
Eumq; filiũ suum esse qui illos angues uicerit.
Alterũ esse tuũ dixit puerũ. Am. pol me haud pœnitet
Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum ioue.
Abi domum:iube uasa pura actutum adornari mihi:
Vt iouis supremi multis hostis pacem expetam.
Ego tiresiam coniectorem aduocabo & consulam.
Quid faciundũ censeat:simul hanc rẽ ut facta est eloquar.
Sed quid hoc? q̃ualide tonuit:di obsecro uestram fidem.
Iuppiter.
Ono animo es. adsum. auxilio amphytrio tibi & tuis
b Nihil est quod timeas:hariolos:haruspices
Mitte omnis:quæ futura & quæ facta eloquar.
Multo adeo melius q̃ illi:quum sum iuppiter.
Primum omnium alcumenæ usuram corporis
Cœpi:ex concubitu grauidam feci filio
Tu grauidam ita fecisti:quum in exercitum
Profectus:uno partu duos peperit simul:
Eorum alter nostro qui est susceptus semine:
Suis factis te immortali afficiet gloria.
Tu cum alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi:haud promeruit quãobrem uitio uorteres:
Mea ui subacta est facere:ego in cœlum migro.

Amphytrio.

Aciã ita ut iubes:& te oro,pmissa ut serues tua
f Ibo ad uxorẽ intro:missum faciam tiresiã senẽ.
Nũc spectatores iouis summi cã clare plaudite.

Plauti poetæ clariss. Asinaria.

Prologus.

Oc agite sultis spectatores nunciam
Q uæ quidem mihi atq; uobis res uortat bene.
Gregiq; huic:& dominis atq; cõductoribus
Ecce iã nunc tu præco omnẽ auritũ populũ
Age.nunc reside:caue modo ne gratis.
Nunc quid processerim huc:& quid mihi uoluerim
Dicam:ut sciretis nomen huius fabulæ.
Nam quod ad argumentum attinet:sane breuest.
Nunc quod me dixi uelle uobis dicere
Dicam:huic nomen græce onagrost fabulæ.
Demophilus scripsit:macrus uortit barbare.
Asinariam uolt esse si per uos licet.
Idem lepos.ludusq; in hac comœdia:
Ridicula res est:date benigne operam mihi.
Vt uos item alias:pariter nunc mars adiuuet.

Argumentum.

Manti argento filio auxiliarier
a Sub imperio uiuens uolt senex uxorio
Itaque ob asinos relatũ præcium saureæ
Numerari iussit seruo leonidæ:
Ad amicam id fertur:cedit noctem filius.
Riuinus amens ob raptam mulierem
Is rem omnem uxori per parasitum nunciat.
Accurrit uxor:ac uirum eius triste agit:

Libanus seruus.Demenetus senex.

Li. Icut tuum uis unicum gnatum tuæ
f Superesse uitæ:sospitem & superstitem:
Ita te obtestor per senectutem tuam:
Perque illam quam tu metuis uxorem tuam:
Si quid me erga hodie falsum dixeris:
Vt tibi superstes uxor ætatem siet:
Atqueilla uiua:uiuus ut pestem oppetas.
De. Per deum fidium quæris:iurato mihi
Video necesse esse æloqui quicquid roges.

Ita me obstinate aggressus:ut non audeam
Profecto percunctanti quin promam omnia:
Proinde actutum istuc quid est:quod scire expetis
Eloquere:ut ipse scibo te faciam ut scias.
Li. Dic obsecro hercle serio quod te rogem.
Caue mihi mendacii quicq̃.De.quin tu ergo rogas.
Li. Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit.
De. Quid istuc est:aut ubi istuc est terrarum loci.
Li. Vbi flent nequam homines:qui polentã pinsitãt
Apud fustidinas ferri crepidinas insulas.
Vbi uiuos homines mortui incursant boues.
De. Modo pol percepi libane quid istuc sit loci.
Vbi fit polenta te fortasse dicere:Li.ah.
Neq; hercle:ego istuc dico:nec dictum uolo.
Teq; obsecro hercle ut quæ locutus despuas.
De. Fiat geratur mos tibi.Li.age age usq; excrea.
De. Etiam ne.Li.age quæso hercle usq; ex penitis faucibus.
Etiam amplius.De.nam quousq;.Li.usq; ad mortem uolo.
De. Cauesis malam rem.Li.uxoris dico non tuam.
De. Dono te ob istuc dictum:ut expers sis metu
Li. Di tibi dent quæcunq; optes.De.redde operam mihi
Cur hoc ego ex te quæram:aut cur miniter tibi.
Quid istuc est:aut ubi istuc sit nequeo noscere
Vbi flent neq̃ homines:qui polentam pinsitant
Propterea quod me nescientem feceris.
Aut cur postremo filio succenseam
Patres ut faciunt cæteri.Li.quid istuc noui est.
De. Equidem scio iam filius quod amet meus
Istanc meretricem e proximo philenium:
Estne hoc ut dico libane.Li.rectam instas uiam
Ea res est:sed eum morbus inuasit grauis.
De. Quid morbi est:Li.quia non suppetunt dictis data.
De. Tune es adiutor nunc amanti filio.
Li. Sum uero:& alter noster est leonida.
De. Bene hercle facitis:& a me initis gratiam:
Verum meam uxorem libane nescis qualis siet.
Li. Tu primus sentis:nos tamen prænoscimus
De. Fateor eam esse importunam atq; incõmodam:
Li. Posterius istuc dicis:q̃ credo tibi.
De. Omnes parentes libane liberis suis

Qui mihi auſcultabunt facient obſequelam.
Quippe qui mage amico'utantur gnato & beneuolo.
Atq; ego me id facere ſtudeo:uolo amari a meis.
Volo mei patris me ſimilem:qui cauſa mea
Nauclerio ipſe ornatu per fallaciam
Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.
Neque puduit eum id ætatis ſycophantias
Struere:& beneficiis me emere gnatum ſuum ſibi.
Eos me decretuſt perſequi mores patris:
Nam me hodie orauit argirippus filius
Vt ſibi amanti facerem argenti copiam:
Et id ego percupio obſequi gnato meo.
Volo amori obſecutum illius:uolo amet me'patrem
Quanq̃ illum mater arcte contenteq; habet.
Patres ut conſueuerunt:ego mitto omnia hæc:
Præſertim quum is me dignum quoi crederet
Habuit:me habere honorem eius ingenio decet.
Quum me adiit(ut pudentem gnatum æquum eſt)patrem.
Cupio'eſſe amicæ quod det argentũ ſuæ.
Li. Demiror quid ſit:& quo euadat ſum in metu.
De. Equidem iam ſcio filius quod amet meus.
Li. Cupis id quod cupere te nequicq̃ intelligo.
Dotalem ſeruum ſauream uxor tua
Adduxit:cui plus in manu ſit quam tibi:
De. Argentum accepi:dote imperium uendidi.
Nunc uerba in pauca conferam quid te uelim:
Viginti iam uſuſt filio argenti minis:
Face id ut paratũ iam ſit: Li. unde gentium?
De. Me defraudato. Li. maximas nugas agis.
Nudo detrahere ueſtimenta me iubes.
Defrudem te ego?agesſtu ſine pennis uola.
Te ne ego defrudem?quoi ipſi nihil eſt in manu
Niſi quid tu porro uxorem defraudaueris?
De. Qua me uxorem qua tu ſeruom ſauream
Potes circunduce:aufer:promitto tibi
Non offuturum ſi id hodie effeceris.
Li. Iubeas una opera me piſcari in aere
Venari autem retiaculo in medio mari.
De. Tibi optionem ſumito leonidam
Fabricare quiduis:quid uis comminiſcere.

Perficito argentum hodie ut habeat filius:
Amicæ quod det. Li. quid ais tu demenete:
Quid si forte in insidias deuenero?
Tu redimes me si me hostes interceperint?
De. Redimã. li. tum tu igitur aliud crura quid lubet.
Eo ego ad forum nisi qd uis. De. fiet. ne ambula.
Atq; audi etiã. Li. ecce. De. si qd te uolã ubi eris?
Li. Vbicunq; libitũ erit animo meo: profecto nemo est
Quem iam de hinc metuam mihi.
Ne quid nocere mihi possit: quum tua oratione
Omnem animum ostendisti tuum:
Quin te quoq; ipsum faciam haud magni: si hoc patro.
Pergam quo occepi. atq; ibi consilia exordiar
Audin tu? apud archibulum ego ero argentarium.
De. Nempe in foro? Li. ibi si quid opus fuerit. De. meminero.
Non esse seruus peior hoc quisq̃ potest.
Nec magis uersutus: nec quo ab caueas ægrius
Eidem homini si quid recte curatum uelis
Mandes: moriri sese misere mauolet
Quam non perfectum reddat: quod promiserit:
Nam ego illud argentum tam paratum filio:
Scio esse quam me hunc scipionem contui.
Li. Sed quid ego cesso ire ad forum: quod inceperam?
Atque ibi manebo apud argentarium.

Argirippus. Adolescens:

Iccine hoc fit foras ædibus me eiici?
Promerenti optume hoccine precii redditur?
Bene merenti mala es: male merenti bona es.
At malo cum tuo. nam iam ex hoc loco
Ibo ego ad tres uiros: uestraq; ibi nomina
Faxo erunt capitis: te perdam ego & filiam
Perlecebræ: pernicies: adulescentum exitium.
Nam mare haud est mare: uos mare accerrimum.
Nam in mari repperi: hic elaui bonis.
Ingrata: atq; irrita esse omnia intellego
Quæ dedi: & quod benefici: at posthac tibi
Male quod potero facere faciam: meritoq; id faciam tuo.
Ego pol te redigã eodẽ unde orta es ad egestatis terminos:
Ego edepol te faciã: ut quæ sis nũc: & quæ fueris scias:
Quæ priusq; istã adii. atque amans ego animũ meũ isti dedi

Sordido uitam oblectabas pane:in panis inopia.
Atque ea si erant magnas habebas omnibus dis gratias.
Eadē nunc quū est melius:me cuius opera est ignoras mala
Reddam ego te ex fera fame mansuetam:me specta mō.
Nā isti quid succēseam ipsi nihil est:nihil quicq̄ meret.
Tuo facit iussu:tuo imperio paret:mater tu:eadē hera es.
Te ego ulciscar:te ego ut digna es perdā:atque ut de me meres.
At scelesta uiden ut ne id quidē me dignū esse existimat:
Quem adeat:quē colloquatur:cuiq; irato supplicet.
Atq; eccam illecebra exiit tandē.opinor hic ante hostium
Meo modo loquar quæ uolam:quoniam intus nō licitum est mihi.

Lena clereta. Argirippus adolescens.

Num quodq; istorū uerbū nūmis philippeis aureis
u Non potest auferre hinc a me siquis emptor uenerit.
Nec recte:quæ tu in nos dicis aurū atque argentū meruſt
Fixus hic apud nos est animus tuus clauo cupidinis.
Remigio.ueloque quātum poteris festina & fuge.
Quam magis te in altum capessis:tam æstus te in portū refert
Ar. Ego pol istum portitorem priuabo portorio
Ego te dehinc ut merita es de me & mea retractare exequar.
Quom tu me ut meritus sum non tractas.quæ eiicis domo:
Le. Magis istuc percipimus lingua dici:quā factis fore.
Ar. Solus solitudine ego te atque ab egestate abstuli.
Solus si ductem:referre gratiam nunquam potes.
Le. Solus ductato:si semper solus quæ poscā dabis.
Semper tibi promissum habeto hac lege dum supes datis.
Ar. Qui modus dādi.nam nunquā tu quidē expleri potes:
Modo quidē accepisti haud multo post aliqd quod poscas:paras
Le. Quid modist:ductando amando nunq̄ ne expleri potes.
Modo remisisti:continuo iam ut remittam ad te rogas.
Ar. Dedi equidem quod mecum egisti.Le.& tibi ego misi mulierē.
Par pari datum hostimentust opera pro pecunia.
Ar. Male agis mecum.Le.quid me accusas si facio officium meum.
Nā neque usq̄ fictum:nec pictū:neque scriptū in pœmatis
Vbi lena bene agat:cū quiq̄ amante quæ frugi esse uolt.
Ar. Mihi quidē te parcere æquum est tandē:ut tibi durē diu:
Le. Non tu scis quæ amanti parcet:eadem sibi parcet parū.
Quasi piscis itidē est amator lenæ:nequā est nisi recens.
Is habet sucum:is suauitatem:eum quouispacto cōdias.
Vel patinarium:uel assum:uerses quo pacto lubet.

Is dare uolt:is se aliquid posci:nã ubi de pleno promitur
Neque ille scit qd det:quid dã ni faciat:illi rei studet.
Volt placere sese amicæ:uolt mihi:uolt pedissequ.
Volt famulis:uolt etiã ancillis:& quoq; catulo meo.
Subblanditur nouos amator:se ut quũ uideat gaudeat.
Vera dico:ad suum quẽq; hominẽ q̃stũ eẽ æquũ est calidum.
Ar. Perdidici istæc esse uera dãno cũ magno meo.
Le. Sic castor nunc habeas quod des.alia uerba prohibeas.
Nunc quia nihil habes maledictis tu eã ductare postulas.
Ar. Non meũ est.Le.nec meũ quidẽ edepol ad te ut mittã gratis:
Verũ ætatis atq; honoris gratia hoc fiettui.
Quia nobis lucro fuisti potius q̃ decori tibi.
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manũ:
Hanc tibi noctẽ honoris causa gratis dono dabo.
Ar. Quid si non est.Le.tibi non esse credã illa.alio ibit tamen.
Ar. Vbi illæc quæ dedi ante? Le.abusa.nã si durarent mihi
Mulier mitteretur ad te:nunquã quicquã poscerem.
Diem:aquam:solem:lunã:noctẽ:hæc argẽto nõ emo:
Cætera quæ uolumus uti græca mercamur fide.
Quum a pistore panẽ petimus:uinũ ex œnopolio:
Si æs habent:dant mercẽ:eadẽ nos disciplina utimur.
Semper oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod uident.
Vetus est:nihili coactio ẽ:scis cuius? nõ dico amplius.Ar.aliã nunc
Mihi orationem despoliato prædicas.
Longe aliam inquã præbes nũc atq; olim quom dabã.
Aliam atq; olim quom illiciebas me ad te blãde ac benedice
Tũ mihi ædes quoq; arridebãt:quom ad te ueniebã tuæ.
Me unice unũ ex omnibus te atq; illã amare aiebas mihi.
Vbi quid dederã quasi columbæ pulli in ore ambe meo
Vsq; eratis.meo de studio studia erant uostra omnia
Vsq; adherebatis:quod ego insserã.quod poluerã
Faciebatis:quod nolebam ac uetueram de industria
Fugiebatis:neq; conari id facere audebatis prius.
Nũc neq; quid uelim:neq; nolim facitis magni pessime
Le. Non tu scis hic noster quæstus aucupii simillimus est.
Auceps quando concinauit aeram: effundit cibum.
Aues assuescũt:necesse est facere sumptũ q quærit lucrũ.
Sæpe edunt:semel si sunt captæ rem soluunt aucupi.
Itidem hic apud nos:ædis nobis area est:auceps sum ego
Esca ẽ meretrix.luctus illex est:amatores aues.

Bene ſalutando conſueſcunt:compelando blanditer.
Oſculando oratione uinula uenuſtula
Si papillam pertractabit:haud eſt ab re aucupis
Suauium ſi ſumpſit:ſumere eum licet ſine retibus.
Hæccine te eſſe oblitum in ludo qui fuiſti tam diu?
Ar. Tua iſta culpa eſt quæ diſcipulum ſemidoctũ abſ te ſemoues
Le. Remeato audacter mercedẽ ſi eris nactus:nunc abi.
Ar. Mane:mane:audi:dic qd me æquũ cẽſes ꝓ illa tibi dare
Annũ hunc ne cũ quiq̃ alio ſit: Le.tu ne? uiginti minas:
Atq̃ ea lege ſi alius ad me prius attulerit.tu uale.
Ar. At ego eſt ẽt priuſq̃ abis qd̃ uolo loq. Le.dic quod lubet.
Ar. Non omnino iam perii:eſt reliquũ quod pereũ magis
Habeo unde iſtuc tibi qd̃ poſcis dem:ſed in leges meas
Dabo ut ſcire poſcis ꝑpetuũ annũ hunc mihi uti ſeruiat.
Ne quenq̃ interea alium admittat prorſuſq̃ me ad ſe uitum
Le. Quin ſi tu uoles domi ſerui qui ſunt caſtrabo uiros
Poſtremo ut uoles nos eſſe ſyngrapham facito afferas:
Vt uoles:ut tibi lubebit nobis legem imponito.
Modo tecum una argentum afferto:facile patiar cætera
Ar. Portitorum ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ
Si affers tũ patent:ſi nõ eſt quod des:ædes non patent:
Interii ſi non inuenio ego illas uiginti minas.
Et profecto.niſi illud perdo argentũ:pereundũ eſt mihi:
Nunc pergã ad forum:atq̃ experiar opibus oĩ copia.
Supplicabo exobſecrabo:ut quenq̃ amicum uidero.
Dignos indignos adire:atq̃ experire certum eſt mihi.
Nam ſi mutuas non potero certum eſt ſumam fœnore.

Libanus.

Ercle uero libane non te melius uel expergiſcier
h Atq̃ argento comparando fingere nõ fallaciam?
Iamdiu factũ eſt quom diſceſti ab hero:atq̃ abiſti ad forum:
Igitur inueniũdo argento ut fingeres fallaciã.
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in ocio.
Qui tu ſocordiã omnẽ abs te reice & ſegniciem amoue.
Atq̃ ad ingenium uetus uerſutum te recipis tuum.
Serua herum:caue tu idem faxis:alii quod ſerui ſolent.
Qui ad heri fraudationem callidũ ingeniũ gerunt.
Vnde ſumam? quẽ iteruortam? quo hãc celocẽ cõferã?
Impetritum inauguratuſt quouis admittunt aues
Picus & cornix eſt ab leua:coruos porro ab dextera.

Consuadent.certum hercle est uestrã consequi sentẽtiam.
Sed quid hoc quod pícus ulmum tõdit? non temerariust
Certe hercle ego quantũ ex augurio auspicii intelligo
Aut mihi in mundo sunt uirgæ: aut atriensi laureæ.
Sed quid illuc ꝓ exànimatus currit huc leonida.
Metuo ꝓ illic obscænauit meæ falsæ fallaciæ.

Leonida. libanus. Seruus.

Bi ego nũc libanũ requirã: aut familiarẽ filiũ
u Vt ego illos lubẽtiores faciã quã lubentiast.
Maximã prædã & triũphũ eis adfero aduẽtu meo:
Quando mecũ pariter potant. pariter scortari solent.
Hãc quidẽ quã nactus predã: pariter cũ illis partiam.
Li. Illic homo ædis compilauit more si fecit suo.
Væilli qui tã indiligenter obseruauit ianuam.
Le. A etatem uelim seruire libanũ ut conueniam modo.
Li. Mea quidẽ hercle opera liber nũquam fies ocius.
Le. Etiam de tergo ducẽtas plagas prægnãtis dabo.
Li. Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit.
Le. Nã si huic occasioni tempus sese subterduxerit.
Nunq̃ edepol quadrigis albis indipiscet postea.
Herum in obsidione linquet: inimicũ animos auxerit.
Sed si mecũ occasionẽ opprimere hãc: quæ obuenit studet
Maximas optimitas & gaudio effertissimas
Suis heris ille una mecum pariet gnatoque & patri.
Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii
Nostro deuincti beneficio. li. uinctos nescio quos aít.
Nõ placet: metuo in cõmune ne quã fraudẽ frausus siet.
Le. Perii ego oppido nisi libanũ inuenio iam ubiubi est gentium.
Li. Illic homo socium ad malam rẽ querit: quẽ adiungat sibi.
Non placet: pro monstro extẽplo est quãdo qui sudat tremit.
Le. Sed quid ego hic pperans cõcesso pedibus lingua largior.
Quin ego hanc iubeo tacere quæ loquens lacerat diem.
Li. Edepol hominem infelicẽ qui patronam comprimat.
Nam si quid sceleste fecit lingua pro illo perierat.
Le. Approperabo: ne post tempus præde præsidium parem.
Li. Que illec præda est. ibo aduorsum. atq; electabo quicquid est.
Iubeo te saluere uoce sũma quoad uires ualent.
Le. Cymnasium flagri: saluete. li. quid ais custos carceris.
Le. O catenarum colone. li. o uirgarum lasciua.
Le. Quot pondo te esse censes nudũ. li. non edepol scio.

Le. Scibam ego te nescire: at pol ego q̃ te expendi scio.
Nudus uinctus cẽtum pondo es: quãdo pendes per pedes.
Li. Quo argumento istuc? le. ego dicam quo argumento & quo modo.
Ad pedes quando aligatus est æquum centum pondium.
Vbi manus manicæ cõplexæ sunt: atq; aducte ad trabem
Nec dependis nec propendis: quin malus nequãq; sis.
Li. Væ tibi. le. hoc testamento seruitus legat tibi.
Li. Verbis uelitationem fieri compendio uolo
Quid istuc negocii est? le. certũ est credere. li. audacter licet sis.
Amanti subuenire familiari filio
Tantum adest boni de improuiso: uerum cõmixtum malo.
Omnes de nobis carnificũ concelebrabuntur dies
Le. Libane nunc audacia usus est nobis inuenta & dolis.
Tantũ facinus modo inuenio ego: ut nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse: quo cruciatus confluant.
Li. Ergo mirabar q̃ dudum scapulæ gestibant mihi
Ariolariq; occeperunt sibi esse in mundo malũ.
Quicquid est eloquere. le. magna est præda cum magno malo.
Li. Siquidẽ omnes coniurati cruciamenta conferant.
Habeo opinor familiare tergum ne quæram foris:
le. Si istam fortitudinem animi obtines salui sumus.
Li. Quin si tergo resoluenda est rapere cupio publicum.
Pernegabo: atq; obdurabo: periurabo: denique.
le. Hem ista uirtus est quãdo usus est q̃ malũ fert fortiter.
Fortiter malũ qui patitur: idem post patitur bonum.
li. Quin rem actutũ edeseris: cupio malũ nanciserier.
le. Placide ergo unum quodq; derogita: ut acqescã non uides
Me excursura anhelitum etiã ducere? li. age. age. mãsero
Tuo árbitratu: uel adeousq; dũ peris. le. ubinã est herus?
li. Maior apud forunst: minor hic est intus. le. iam satis est mihi
Li. Tum igitur tu diues es factus. le. mite ridicularia.
li. Mito: istuc afters aures expectant meæ.
Le. Animũaduerte: ut æque mecũ hæc scias. li. taceo. le. beas
Meministin asinos arcadicos mercatori pelleo
Nostrũ uendere atriensem. li. memini. qd tũc postea?
le. Hem ergo is argentũ huc remisit qd daretur saureæ
Pro asinis: adolescens uenit modo qui argentum attulit.
li. Vbi is homo? le iam deuorandum censes si conspexeris:
li. Ita enimuero: sed tamen tu nempe eos asinos prædicas
Vetulos. claudos: quibus subtritæ ad fœmina iã erãt ungulæ

Le. Ipsos:qui tibi subuectebant rure huc uirgas ulmeas.
Li. Teneo:atq; idē te hic uexerūt uictū rus. Le. memor es probe.
Verum in tostrina ut sedebam me me infio percontaris?
Ecquem filium stratonis nouerim dementum?
Dico me nouisse extemplo:& me eius seruom prædico
Esse de ædis demonstraui nostras. Li. quid tum postea?
Le. Ait se ob asinos ferre argentum atriensi saureæ
Viginti minas:sed eum sese non nouisse hominē q siet.
Quum ille elocutus hæc sit. Li. qd tū? Le. ascultа:ego scies
Ipsum uero nouisse callide demenetum.
Extemplo facio facetum me:atq; magnificum uirum.
Dico me esse atriensem. sic hoc respondit mihi.
Ego pol sauream non noui: neq; qua facie sit socio.
Te non æquū est succensere:si herum uis demenetum
Quē ego noui adduce:argentum non morabor:gn feras.
Ego me dixeram adducturū:& me domi præsto fore.
Ille in balneas iturus est:inde huc ueniet postea.
Quid nunc consilii captādū censes? dic. Li. hem istuc ago
Quo modo argentum interuortā:& aduentorem:& saureā.
Iam hoc opus est exasceatū. nam si ille argentum prius
Hospes huc affert:continuo nos ambo exclusi sumus
Nam me hodie senes se duxit solum seorsum ab ædibus:
Mihi tibiq; interminatus est nos futuros ulmeos:
Ni hodie argirippo essent uiginti argenti minæ.
Iussit uel nos atriensem uel nos uxorem suam
Defraudare: dixit sese operā promissā dare.
Nunc tu abi ad forū:ad herū:& narra hæc:ut acturi sumus.
Te exleonida futurum esse atriensem sauream.
Dum argentum afferat mercator pro asinis. Le. faciam utiubes.
Li. Ego illum interea hic oblectabo prius si forte aduenerit.
Le. Quid ais? Li. quid uis? Le. pugno malā si tibi percussero
Mox quum sauream imitabor caueto ne succenseas
Li. Hercle uero tu cauebis:ne me attingas:si me faxis
Ne hodie malo cum auspicio nomen cōmutaueris.
Le. Quæso æquo animo patitor. Li. patitor tu itē cū ego te referiam
Le. Dico ut usus fieri. Li. dico hercle ego quoq; ut facturus sum.
Le. Ne nega. Li. qum pmitto inquam hostire contra ut merueris.
Le. Ego habeo. tu iam patiere:sed quis hic est? is est.
Le. Ille est ipsius:iam ego recurro huc:tu hunc interea hic tene
Volo seni narrare. Li. quin tuum officium facis. ergo hac fugis.

Mercator. Libanus.

T demonstratæ sunt mihi hasce ædis esse oportet
u Dementus ubi dicitur habitare. i. puere pulta
Atq; atriensem sauream si est intus: euocato huc.

Li. Quis nostras sic frangit fores, ohe inq̃ si quid audis!
Me. Nemo etiam tetigit. sanus ne es! Li. at censebam attigisse
Propterea qa huc hẽbas iter. nolo ego fores conseruas meas
Ate uerberarier. sane ego sum amicus nostris ædibus.
Me. Pol haud periclum est cardines ne foribus effringantur
Si istoc exemplo omnibus qui quærunt respondebis.
Li. Ita hæc morata est ianua extemplo ianitorem
Clamat: procul si quem uidet ire ad se calcitronem
Sed quid uenis. qd queritas. Me demeneta uolebam
Li. Si sit domi dicam tibi. Me. quid: eius atriensis.
Li. Nihilo magis intus est. Me. ubi est. Li. ad tonsorem ire dixit
Me. Q̃um uenisset. post non rediit. Li. non edepol: quid uolebas.
Me. Argenti uiginti minas si adesset accepisset.
Le. Qui pro istuc. Me asinos uendidit pælleo mercatori.
Mercatu. Li. scio tu id nunc refers iam hic credo eum ad futurum.
Me. Qua facie noster saurea est: sis is est iam scire potero.
Li. Macilentis malis: rufulus: aliquantum uentriosus:
T ruculentis oculis: commoda statura: tristi fronte.
Me. Non potuit pictor rectius describere eius formam.
Li. Atq; hercle ipsum adeo contuor: quassanti capite incedit
Q uisq; obuiam huic occesserit irato uapulabit.
Me. Siquidẽ hercle eacidinis minis animisq; expletus incedit.
Si me iratus tetigerit. iratus uapulabit.

Leonida. Mercator libanus

Le. Vid hoc sit negocii. neminẽ meũ dictũ magnũ facere.
q Libanũ in tonstrinã ut iusserã uenire: is nullus uenit
Ne ille edepol tergo & cruribus cõsuluit haud decore.
Me. Nimis imperiosus est. Li. ue mihi hodie. Le. saluere iussi
Libanum libertum. iam manu emissus. obsecro te.
Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti.
Cur nõ uenisti ut iusserã in tõstrinã. Li. hic me moratus est.
Le. Siqdem hercle nunc summũ iouem te dicas detinuisse.
Atq; is precator adsiet ad malam rem effugies nũquam.
Tu uerbero imperiũ meum cũtẽpsisti. Li. perii hospes.
Me. Quæso hercle noli saurea mea causa hunc uerberare:
Le. Vtinam nunc stimulus in manu mihi sit. Me. quiesce quæso.

Le. Qui latere cõteram tua:quæ occaluerẽ plagis.
Abſcede hac ſine me hunc pdere:q ſemper me ira incendit.
Cui unq̃ unam rẽ me licet ſemel præcipere furi
Quincenties eandem impem:atque ogganiam itaque iam hercle
Clamore:ac ſtomacho:non queo labori ſuppeditare.
Iuſſin ſceleſte hac ianua hoc ſtercus hinc auferri!
Iuſſin columanis deici operas aranearum!
Iuſſin in ſplendorẽ dari bullas has foribus noſtris!
Nihil eſt tanquã ſi claudus ſim cum fuſtiſt ambulandum.
Quadriduũ hoc unum mõ foro operam aſſiduã dedi.
Dum reperiam q quæritet argentũ in fœnus.hic uos
Dormitis interea domi.atque herus in hara haud ædibus habitat.
Hem ergo hoc tibi.Li.hoſpes te obſecro defende.me.ſaurea oro
Mea cauſa ut mittas.Le.eho:ecquis pro uectura oliui
Reſoluit.Li.reſoluit.Le.cui datum ſit.Li.ſtico uicario ipſi
Tuo.Le.uah delenire: apparas.mihi ſcio uicarium eſſe:
Neque eſſe ſeruom in ædibus heri qui ſit pluris q̃ illic ſit.
Sed uina que heri uendidi uinario exaerambo
Iam pro iis ſatisfecit ſtico.Li.feciſſe ſatis opinor
Nam uidi huc ipſũ aducere & rapere ita exaerambo.
Le. Sic dedero prius q̃ credidi.uix annopoſt exegi
Nunc ſatagit:adducit domũ etiã ultro & ſcribit nũmos.
Dromõ mercedẽ rettulit.Li.dimidio minus opinor.
Le. Quid.reliquom.Li.aiebat reddere q̃ extẽplo redditũ eſſet.
Nã retineri ut quod ſit ſibi operis locatum efficeret
Le. Scyphos quos utẽdos dedi philodamo retulit ne.
Li. Non etiã.Le.hem nunc ſi uelis accõmoda homini amico
Me. Perii hercle.iam hic me abegerit ſuo odio.Li.heus iã ſatis tu.
Audin quæ loquitur!Le.audio & quieſco.Me tandẽ opinor.
Conticuit.nunc adeam optimum eſt:priuſq̃ incipit tinnire
Quam mox mihi operã das!Le.ehem optũe:q̃dudũ tu aduenisti
Non hercle te prouideram:quæſo ne uitio uortas.
Ita iracundia obſtitit oculis.Me.non mirũ factum eſt.
Sed ſi domi eſt demenetum uolebam.Le.negat eſſe intus.
Verum iſtuc argentum tamen mihi eſt ſi uis denumerare
Repromittam iſtoc nomen ſolutam rem futuram.
Me. Sic potius ut demeneto tibi ero præſente reddam.
Li. Herus iſtunc nouit.atq; heq̃ hic.Me.hero huc præſente reddã
Li. Da modo meo periclo:rem ſaluam ego exhibebo.
Nam ſi ſciat noſter ſenex fidem non eſſe huic habitam

Asinaria

Succenſeat: qui omnium ſummam rem ipſius ſemper credidit.
Le. Non magnipendo ne duit:ſi non uult:ſic ſine aſtet.
Li. Da inquam:uah formido miſer ne hic me tibi arbitretur
Suaſiſſe ſibi ne crederes:da quæſo:ac ne formida.
Saluũ hercle erit. Me. credã fore dũ quidẽ ipſe in manu habeo.
Peregrinus ego ſum:ſauream non noui: Li. at noſce ſane.
Me. Sit non ſit non edepol ſcio :ſi is eſt:eum eſſe oportet.
Ego certe me incerto ſcio hoc datum nemini homini.
Le. Hercle iſtum di omnes perdiunt:uerbo caue ſupplicaſſis.
Ferox eſt uiginti minas meas tractare ſeſe:
Nemo accepit:aufer te domũ:abſcede hinc moleſtus ne ſis:
Me. Nimis iracunde non decet ſuperbũ eſſe hominem ſeruum.
Li. Malo hercle iam magno tuo nunc iſtuc recte dicis.
Impure bili non uides irasci? Le. perge porro.
Li. Flagitium hominis da obſecro argentum huic ne male loquatur.
Me. Malũ hercle uobis queritis. Le. crura hercle diffringent:age inpudice
Ni iſtum impudicum percuties. Li. perii hercle.
Sceleſte non audes mihi ſceleſte ſubuenire?
Le. Pergin precari peſſimo? Me. quæ res? tun libero homini
Male ſeruos loquere? Le. uapula. Me. id qdem tibi hercle fiet.
Vt uapules:demenetum ſimulac cõſpexero hodie
In ius uoco te. Le. non eo. Me. non is memento. Le. memini
Me. Dabitur pol ſupplicium mihi de tergo? ueſtro. Le. ue te.
Tibi quidẽ ſupplicium carnifex de nobis detur. Me. atq; etiam
Pro dictis ueſtris male dictis pœne pendentur mihi hodie.
Le. Quid uerbero ain tu furcifer? herũ noſmet fugitare cenſes?
Inunc iam ad herũ. quo uocas. iãdudum quo uolebas
Me. Nunc demũ tamen nunquã hinc feres argẽti nummũ:niſi me
Dare iuſſerit demenetus. Le. ita facito. age ambula ergo.
Tu cõtumeliã alteri facias:tibi non dicatur.
Tam egò homo ſum q̃ tu. Me. ſcil icet ita res eſt. Le. ſequere hac ergo.
Proficiſci hoc dixerimus. nemo eti am me accuſauit
Merito meo:neq; me athenis alter eſt hodie quiſq̃
Cui credi recte æque putẽt. me. fortaſſis. ſed tamen me
Nunquã hodie induces ut tibi credam hoc argentum ignoto.
Lupus eſt homo homini:non homo:quom qualis ſit nõ nouit:
Le. Iam nũc ſecunda mihi facies:ſcibam hoc te capitulo hodie
Facturũ ſatis pro iniuria:quanq̃ ego ſum ſordidatus:
Frugi tamen ſũ:nec poteſt peculium enumerari:
Me. Fortaſſe: Le. etiã nunc dico periphanes rhodo mercator diues.

Absente hero solus mihi talentum argenti soli
Ad numerauit:& mihi credidit:neque deceptus in eo:
Me. Fortasse.Le.atq; etiam tu quoq; ipse si esses pcunctatus
Me ex aliis scio pol crederes nunc quod fers.Me.haud negassim.
Cl. Clareta Lena.Phylenium.Meretrix.
Equeon ego te interdictis facere mansuetã meis.
n An ita tu es animata:ut qui matris expers imperii sies.
Phy. Vbi piem pietatem si isto more morata tibi
Postulem placere:mater mihi quo pacto præcipis.
Cl. An decorum est aduersari meis te præceptis:quid est.
Hoccine est pietatem colere:matris imperium minuere.
Phy. Neq; quæ recte faciũt culpo:neque quæ delinquunt amo:
Cl. Satis dicacula es amatrix:Phy.mater es:questus mihi est:
Lingua poscit:corpus quærit animus orat:res monet:
Cl. Ego te uolui castigare.tu mihi accusatrix ades.
Phy. Neque edepol te accuso:neq; id me facere fas existimo.
Verũ ego meas queror fortunas:quum illo quẽ amo prohibeor.
Cl. Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.
phy. Et meam partem loquendi:& tuam trado tibi
Ad loquendũ:atq; ad tacendũ tu te habeas portisculum.
Quin pol si reposui remũ sola ego in casteria
Vbi quiesco omnis familiæ causa consistit tibi.
Quid ais tu:quã unam uidi mulierem audacissimam!
Quotiens te uetui:argyrippum filium dementi
Cõpellare:aut cõtrectare:conloquiue: aut contui!
Cl. Quid dedit! quid deportari iussit ad nos! an tu tibi
Verba blanda esse aurũ rere! dicta docta pro datis!
Vltro amas: ultro expetessis:ultro ad te accressi iubes.
Illos qui dant:eos derides:qui deludunt deridens.
An te id expectare oportet:si quis promitat tibi.
Te facturum diuitẽ:si moritur mater tua!
E castor nobis periclum magnum & familie portenditur
Demeneti:si expectamus mortem:ne nos moriamur fame.
Nunc adeo nisi mihi huc argenti affert uiginti minas.
Næ ille e castor hinc trudetur largus lachrymarum foras.
Hic dies summæ est apud me inopiæ excusatio.
phy. Patiar si cibo carere me iubeas mater mea.
Cl. Non ueto te amare qui dant:qua amentur gratia.
Phy. Quid si hic animus occupatus est mater.qd faciã mone.Ele.hem
Meum caput contemples.si quidẽ ex re consultas tua:

~~Am.~~ Asi:

Phy. Etiam opilio qui pascit mater alienas ouis:
Aliquam habet peculiarem:qui spem soletur suam.
Sine me amare unũ argyrippũ animi causa quẽ uolo.
Cl. Intro abi.nam te quidẽ edepol nihil est impudentius.
Phy. Audientem dicto mater produxisti filiam.
Leonida.Serui duo.Libanus.
Erfidie laudes:gratiasq; habemus merito magnas
P Quum nostris sicophantiis:dolis astutiisque
Scapularum confidentia:uirtute ulmorum freti.
Qui aduorsum stimulos:laminas:crucesq: cõpendesq;
Neruos:catenas:carceris:numelas:pedicas: boias.
Tortoresq; acerrimos: gnarosq; nostri tergi.
Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt.
Eæ nũc legiones:copiæ:exercitusq; furum
Vi pugnando periuriis nostris euge potiti.
Id uirtute huius collegæ:meaque comitate
Factum est.qui me uir fortior ad sufferendas plagas
Le. Edepol uirtutes qui tuas nunc possit conlaudare
Sicut ego possim quæ domi:puælli quæ male fecisti!
Næ illa edepol pro merito nunc tuo memorari multa possunt.
Vbi fidentẽ fraudaueris:ubi hero infidelis fueris.
Vbi uerbis conceptis sciens libenter periuraris
Vbi parietes perfoderis:in furto ubi sis prehensus.
Vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo
Astutos:audacis uiros ualentis iurgatores:
Li. Fateor profecto ut prædicas leonida esse uera
Verum edepol ni etiam tua quoq; malefacta iterari multa
Et uero possunt ubi sciens fideli infidus fueris.
Vbi prehensus in furto scies:& manifesto uerberatus.
Vbi periuraris.ubi sacro manus sis admolitus.
Vbi heris damno:molestiæ:& dedecori sæpe fueris.
Vbi creditum tibi quod sit:tibi datum esse pernegaris.
Vbi amicæ:quam amico tuo fueris magis fidelis.
Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictoris ulmeis adfectos lentis uirgis:
Nũ male relata est gratia!collegam collaudaui!
Le. Vt meq; teque maxime atq; ingenio nostro decuit.
Li. Iam omitte ista:atq; hoc quod rogo respõde.le.rogita q; uis:
Li. Argenti uiginti minas habesne!le.ariolare:
Edepol senem demenetum lepidũ fuisse nobis.

Vt ad simulabat sauream me esse:quã facete:
Nimis ægre risum continui ubi hospitẽ inclamauit
Quum se absente mihi fidẽ habere noluisset:
Vt memoriter me sauream uocabat atriensem.
Li. Manedũ.le:quid ẽ.li.philenium est ne hæc quæ intus exit.
Atque argirippus una.le.opprime os.is est subarscultemus.
Lachrymantẽ lacinia tenet lachrymans:quid nam esse dicam.
Tacite auscultemus.li.atat modo hercle in mentẽ uenit.
Nimis uellem habere perticã.le.quoi rei.Li.querberarem
Asinos si forte occeperint clamare hinc ex crumina.
Argirippus.philenium.libanus.leonida.
Ar. Vt me retantas.Ph.quia tui amans abeuntis egeo.
Ar. e Vale.Ph.aliq̃to amplius ualerem:si hic maneres
Ar. Salue.Ph.saluere me iubes:quoi tu abiens affers morbũ
Ar. Mater supremũ mihi tua dixit:domum ire iussit.
Ph. Acerbũ funus filiæ facit si te carendum est.
Li. Homo hercle hic exclusus est foras:Le.ita res ẽ.Ar.mitte quæso:
Ph. Quo nunc abis?quin tu hic manes.Ar.mox si uoles manebo.
Li. Audin hunc opera ut largus est nocturna?nũc enim est.
Negociosus interdius.uidelicet solon est.
Leges ut conscribat:qbus se populus teneat.gerræ.
Qui sese parere apparẽt huius legibus profecto.
Nunq̃ bone frugi sient:dies noctesq̃ potent.
Le. Ne iste hercle ab ista non pedẽ discedat:si licessit:
Qui nũc festinat:atq̃ ab hac minatur sese abire.
Li. Sermoni iam finẽ face tuo:huius sermonẽ accipiam.
Ar. Vale.ph.quo properas?ar.bene uale apud horcũ te uidebo.
Nam equidem me iã quantũ potest a uita abiudicabo.
Ph. Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?
Ar. Ego te?quam si intelligã deficere uita:iam ipse
Vitam meam tibi largiar:& de mea ad tuam addam.
Li. Cur ergo minitaris tibi te uitam esse amissurum.
Nam quid me facturam putas:si istuc quod dicis faxis.
Mihi certum est efficere in me omnia tandem quæ tu in te faxis.
Ar. O melle dulci dulcior mihi tu es.ph.certe.n.tu uita es mihi.
Complectere.ar.facio lubens.ph.utinã sic efferamur.
Le. O libane ut miser est homo qui amat.Li.immo hercle uero.
Qui pendet multo est miserior.Le.scio:qui periclum feci.
Circunsistamus alter hinc:hinc alter appellemus:
Li. Here salue.e.sed num fumus est hæc mulier q̃ amplexare.

Ar. Quidem? Li. quia oculi sunt tibi lachrymãtes ego rogaui.
Ar. Patronus qui uobis fuit futurus perdidistis:
Li. Equidem hercle nullũ perdidi ideo quia nunq̃ ullum habui.
Le. Philenium salue. phi. dabũt di quæ uelitis uobis.
Li. Noctem tuam & uini cadum uelim si optata fiant.
Ar. Verbũ caue faxis uerbero. li. tibi equidem: non mihi opto.
Ar. Tum tui igitur loquere quod lubet. li. hunc hercle uerberare.
Le. Quisnam istuc tibi adcredat cinede calamistrate?
Tum uerberes qui pro cibo habeas te uerberari?
Ar. Vt uestræ fortunæ meis præcedunt libane longe.
Qui hodie usq; ad uesperꝫ uiuam. li. quapropter quæso?
Ar. Quia ego hãc amo: & hæc me amat: huic quod dẽ usq̃ qcq̃ est
Hinc me clamantẽ ex ædibus delegit huius mater.
Argenti uiginti minæ me ad mortem appulerunt.
Quas hodie adolescens diabolus ipse daturus dixit.
Vt hanc ne quoq̃ mitteret nisi ad se hunc annum totum.
Videtin uiginti minæ quid pollent quidue possunt?
Ille qui illas perdit saluus est. ego qui non perdo pereo.
Li. Iam dedit argentũ? Ar. nõ dedit. li. bono animo es: ne formida.
Le. Scede huc libane: te uolo. li. si quid uis. ar. obsecro uos
Eadem istac opera suauius est complexos fabulari.
Li. Non eadem omnia atq; omnibus here suauia esse scito:
Vobis est suaue amantibus complexos fabulari.
Ego complexum huius nihil moror. meum autẽ hæc aspernatur.
Proinde istud facias ipse quod faciamus nobis suades.
Ar. Ego uero & quidem edepol lubens. interea si uidetur
Concedite istuc. le. uin herꝫ deludi? li. dignũ est sane
Le. Vin faciam ut me philenium præsente hoc amplexetur?
Li. Cupio hercle. le. sequere hac. ar. ecquid salutis locuti?
Le. Auscultate: atq; operã date: & mea dicta deuorate.
Primum omnium seruos tuos nos esse non negamus.
Sed si tibi uiginti minæ argenti proferentur
Quo nos uocabis nomine. ar. libertos. le. non patronos.
Ar. Id potius. le. uiginti minæ hic insunt in curmina.
Has ego siuis tibi dabo. ar. di te seruassint semper.
Custos herilis: decus popli. thesaurus copiarum.
Salus interioris corporis: amorisq; imperator
Hic pone: hic istam colloca curminam in collo plane.
le. Nolo ego te qui herus sis mihi onus istuc sustinere
Ar. Quin tu labore liberas te atq; istam imponis in me.

Le. Ego baiulabo:tu ut decet dominũ ante te ito inanis.
Ar. Quid nũc?qd est?quin tradis huc cruminã pressatũ herũ.
Le. Hanc quoi daturus hanc iube petere atq; orare mecum.
Nã istuc procliue est quid iubes plane cõlocare:
Ph. Da meus ocellus:mea rosa:mi anime:mea uoluptas
Leonida argentum mihi ne nos deiunge amãtis.
Le. Dic igitur me tuũ passerculũ:gallinam conturnicẽ:
Agnellũ :hædillum me tuũ dic esse uel uitellum.
Prehende auriculas:compara labella cum labellis.
Ar. Ten osculetur uerbero?le.q̃uero indignum uisum est.
Atqui pol hodie non feres. ui genua confricantur.
Ar. Quiduis?egestas imperat:fricẽtur: da nũc quod oro.
Ph. Age mi leonida obsecro fer amãti hæro salutẽ.
Redime istoc beneficio te ab hoc & tibi eme hunc isto argento:
Le. Nimis bella es atq; amabilis:& si hoc esset meum hodie.
Nunq̃ remorarem quin darem:illum te orare meliust
Illic hanc mihi seruandam dedit:& sane bella belle.
Cape hoc sis libane. Ar. furcifer & iam me delusisti?
le. Nunq̃ hercle facerem:genua ni tã neqter fricares:
Agesis tu in partem nunc iam hũc delude:atq; amplexare hanc:
Li. Taceas:me spectes. ar. quin adhuc philenium adgredimur
Virum quidem pol opimũ:& non similem furis huius.
Li. In ambulandum est. nunc mihi uicissim supplicabunt.
Ar. Quæso hercle libane sis herum tuis factis sospitari
Da mihi istas uiginti minas. uides meam ante mergere.
Li. Videbitur:factum uolo. redito huc conticinio
Nunc istam nunc tantisper iubes petere atq; orare meũ?
Ph. Amando ne exorarier uis te:an osculando?
Li. Immo uero utrũq;. Ph. ego obsecro & tu utrũque nostrũ serua
Ar. Olbane mihi patrone mihi trade istuc. li. magis decorunst.
Libertum potius q̃ patronũ onus in uia portare.
Ph. O libane occellus aureus:domũ decusq; amoris.
Amabo faciam quod uoles. da istuc argentum nobis.
Li. Dic igitur mihi te anaticulam:columbam uel catellum
Hirundinem monedulam. putillum passerculum.
Fac pserpentem bestiam me duplicem ut habeam linguam.
Circundatorque me brachiis. meum collum circumplecte
Ar. Ten complectatur carnifex?li. quã uero indignus uideor.
Ne istuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me.
Vehes pol hodie me siquidẽ hoc argentũ ferre speres

Ar. Ten ego ueham? Li. tum hoc feras argentum aliter a me.
Ar. Peri hercle. si uero quidē est decorum herum uehere seruom
Inscēde. li. sic istuc solent superbi subdomari.
Asta igitur ut consuetus es puer olim. scin ut dicam?
Hem sic: abi. laudo. nec te equo magis est equus ullus sapiens.
Ar. Inscende actutum. li. ego fecero: hem quid istuc est uttu uides
Demam hercle iam de ordeo tollutim ni badizas.
Ar. Amabo libanciam sat est. li. nunquam hercle hodie exorabis
Nam iam calcari quadrupedo agitabo aduorsum cliuom.
Postea ad pistores dabo ut ibi cruciere currens
Asta ut descendam nunc iam in procliui quanquam neq̄ es.
Ph. Quid nunc quoniam ambo ut est libitum nos delusistis.
Datis ne argentum. li. si quidem mihi statuam & aram statuis.
Atq; ut deo mihi hic immolas bouem: nam ego tibi salus sum.
Le. Etiam tu here istunc amoues abs te: atq; ipse me aggredere:
Atq; illa sibi quæ hic iusserat mihi statuis supplicasq;
Ar. Quem te autem deum nominē. le. fortunam atq; obsequellam.
Ar. Iam istoc es melior. li. an quid est olim homini salute melius?
Ar. Licet laudem fortunam tamen ut ne salutem culpem.
Ph. Ecastor ambæ sunt bonæ. ar. sciam ubi boni quid dederint.
Le. Opta id quod ut contingat tibi uis. ar. qd si optaro? le. euēiet
Ar. Opto annum hunc perpetuū mihi huius operas. le. ipetrasti.
Ar. Ain uero? le. certe inquam. li ad me adi uicissim atq; experire.
Exopta id quod uis maxime tibi euenire fiet:
Ar. Quid ego aliud exoptem amplius nisi illud cuius inopiast
Viginti argenti cōmodas minas huius quidē matri?
Li. Dabuntur: animo sis bono. facile exoptata obtingent.
Ar. Vt consuere homines salus frustratur & fortuna.
Le. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.
Li. Ego pes fui. ar. quin nec caput: nec pes sermonis apparet.
Ne quid dicatis nec me cur ludatis scire possum.
Li. Satis iam delusum censeo: nunc rem ut est eloquamur.
Animum argyrippe aduortesis: pater nos ferre hoc iussit
Argentum ad te. ar. ut tempore: oportuneq; attulistis
Li. Hic inerunt uiginti minæ bonæ mala opera partæ.
Has tibi nos pactis legibus dare iussit. ar. quid id ē quæso.
Li. Noctē huius & cœnā sibi ut dares. ar. iube aduenire quæso.
Meridissimo eius quæ uolet faciemus: qui hosce amores
Nostros dispulsos compulit hæc faciet facile ut patiar
Ar. Leonida curre obsecro: partem huc orato ut ueniat.

Li. Iamdudũ est intus hac quidem non uenit angi porto.
Illac per ortum circuit clam ne quis se uiderit
Huc ire familiarium ne uxor resciscat metuit
De argento si mater tua sciat ut sit factum.ar.heia.
Benedicite.ite intro cito ualete.Le.& uos amate.

Diabolus.adolescens.parasitus

Gedum istum ostende quẽ cõscripsisti syngraphũ
a Inter me & amicam & lenam:leges perlege
Nam tu poeta es prorsus ad eam rem unicus.

Par. Horrescet faxo lena leges quum audiet.
Dia. Age quæso mi hercle tranllege.pa.audim! Di.audio.
Pa. Diabolus niclauci filius claretæ
Lenæ dedit dono argenti uiginti minas.
Philenium ut secum esset noctes & dies
Hunc annum totum.Di.neq; cum quiq; alio quidem.
Pa. Addone! Di.adde ut scribas uide.plane:& probe.
Pa. Alienum hominem intromittat neminem.
Quod illa aut amicum:aut patronum neminem.
Aut quod illa amica amatorem prædicet.
Fores occlusæ omnibus sint nisi tibi
In foribus scribat occupatum esse se.
Patrẽ hãc amplexari tuli.Di.hic faciet facile ut patiar.
Pa. Aut quod illa dicat peregre allatam epistolam
Ne epistola opinbulla sit in ædibus.
Ne cerata adeo tabula:& si qua inutilis
Pictura sit:eam uendat:ni quadriduo
Abalienarit:quod ex te argentum acceperit
Tuus arbitratus sit:comburas si uelis.
Ne ulla sit cera ubi facere possit litteras.
Vocet conuiuiam neminem:illam tu uoces
Ad forum:ne quem oculos adiiciat suos.
Si quem alium aspexit:cæca continuo siet:
Tecum una postea æque pocula potitet
Adstet:accipiat:tibi propinet:tu bibas.
Næ illa minus:aut plus:q̃ tu sapiat.Di.satis placet.
pa. Suspiciones omnes ab se segreget.
Neq; illæc ulli pede pedem homini premat.
Consurgat:neq; in lectum inscendat proximum:
Neq; quum descendat inde det cuiq̃ manum
Spectandum ne cui anulum det:neq; roget.

Talos ne cuiq̃ homini admoueat nisi tibi.
Quum iaciat te ne dicat nomen nominet.
Deam sibi inuocet quam libebit propiciam.
Deum nullum:si magis religiosa fuerit:
Tibi dicat.tu pro illa ores ut sit propicius.
Neq; illa ulli homini nutet:nincteti:annuat:
Post id si lucerna extincta sit:ne quid sui
Membri sui commoueat quicq̃ in tenebris.Di.optimum est.
Ita scilicet facturam.uerum in cubiculo
Deme istuc:equidem illam moueri gestio
Nolo habere illam causam:& uotitam dicere.
pa. Scio captiones metuis.Di.uerum.pa.ergo ut iubes
Tollam.Di.quid ni?pa.audi reliqua.Di.loquere audio.
Neq; ullum uerbum faciat perplexibile:
Neq; ulla lingua sciat loqui nisi attica.
Forte si tussire occepsit:nec sic tussiat
Vt cuiq̃ linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat:
Hoc ne sic faciat:tu labellum abstergeas.
Potius:q̃ cuiq̃ salium faciat palam.
Nec mater lena ad uinum accedat interim.
Nec ulli uerbo malo dicat:si dixerit
Hæc multa ei esto uino uiginti dies
Vt careat.Di.pulchre scriptis scitum syngraphum.
pa. Tum si coronas:serta unguenta iusserit
Ancillam ferre ueneri aut cupidini:
Tuus seruus seruet ueneri ne eas det an uiro
Si forte pure uelle habere dixerit
Tot noctes reddat spurcas quod puras habuerit.
Hæc sunt non nugæ.non enim mortualia.
Di. Placent profecto leges.sequere intro.pa.sequor.
Diabolus.parasitus.
Di. Equere hac:ego hæc patiar?aut taceam?emori
s Me malim:q̃ hec non eius uxori indicem
Ain tu apud amicam:munus adolescentuli
Fungare:uxori excuses te & dicas senem.
Præripias scortum amanti:atq; argentum obicias
Lenæ:suppilles clam domi uxorem tuam.
Suppendas potius me:q̃ tacita tu hæc auferas.
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo q̃ tu propediem.

Nisi quidem illa ante occupassit. te effliges scio
Luxuriæ sumptus suppeditare ut possies.
Pa. Ego sic faciundum censeo. me honestius est.
Quam te palam hanc rem facere: ne illa existimet
Amoris causa percitum id fecisse te:
Magis quã sua cã. Di. at pol quin dixisti rectius.
Tu ergo fac ut illi turbas. lites concias.
Cum suo sibi gnato una ad amicam de die
Potitare: illam expilare iam emone.
Pa. Esto istuc curabo. Di. at ego te operiar domi.

Argir. adolescens. Senex. Demenetus.

Ar. Gedum cubamus sis pater. Se. ut iusseris:
a Mignate: ita fiet. ar. pueri mensam apponite.
Se. Nũ qdnã tibi molestũ est mignate si hæc mecũ accubat?
ar. Pietas pater oculis dolorẽ prohibet. quãq̃ ego istanc amo.
Possum equidẽ inducere animũ ne ægre patiar: quia tecũ accubat.
Se. Decet uerecundũ esse adulescentẽ argirippe. ar. edepol pater
Merito tuo facere possum. Se. age ergo hoc agitemus conuiuium.
Vino ut sermone suaui: nolo ego metui: amari mauolo
Mignate mi abs te. ar. pol ego utrũq; facio: ut æquũ est filium.
Se. Credã istuc si esse te hillarẽ uideo. ar. an tu esse me triste putas?
Se. Autẽ ego? quem uideam æque esse mœstũ ut quasi dies si dicta sit.
ar. Ne dixeris istuc. se. ne sic fueris illico ego non dixero.
ar. Hem aspecta. rideo: se. utinã male qui mihi uolunt sic rideant.
ar. Scio equidem quãobrem me pater tristẽ credas nunc tibi:
Quia istæc est tecũ atq; ego qdem hercle ut uerũ tibi dicam pater.
Ea res me male habet: ac non eo quin tibi non cupiã quæ uelis
Verũ istã amo: aliam tecũ esse equidẽ facile possum perpeti.
Se. At ego hãc uolo. ar. ergo sunt quæ exoptas. mihi quæ ego exoptẽ uolo
Se. Vnum hunc diẽ perpetere. quoniã tibi potestatẽ dedi.
Cũ hac annũ ut esses atq; amanti argenti feci copiã.
ar. Hem istoc me facto tibi deuinxisti. Se. quin te ergo hilarẽ das mihi.

Arthemone mulier. parasitus. Demenetus. argirippus
Philenium meretrix.

ar. In tu meũ uirum hic potare obsecro cũ filio.
Et ad amicam detulisse argenti uiginti minas.
Meoq; filio sciente id facere flagitium patrem.
Par. Neq; diuini: neq; mihi humani posthac quicq̃ accreduas.
Artemona: si huius me rei esse mendacem inueneris.
ar. At scelesta ego præter alios meum uirum frugi rata.

Siccum:frugi:continentem:amantem uxoris maxime.
Pa. At nunc deinc scito illum ante omnes minimi mortales precii
Madidū:nihil:incontinentem:atq; osorem uxoris suæ.
Pol ni uera ista essent nunq̄ faceret ea quæ nunc facit.
Ego quoq; hercle illū ante hac hominē semper sum frugi ratus
Verum hoc facto sese ostendit qui quidem cum filio
Potet una:atq; unam amicam ductet decrepitus senex
art. Hoc ecastor est quod ille it ad cœnam quotidie
Ait sese ire ad archidemum.cheream:cherestratum.
Cliniam:eremem:cratiuum:climiam:demosthenem.
Is apud scortum corruptelæ:& liberis lustris studet.
Pa. Quin tu illū iubes ancillas rapere sublimem domum.
art. Tace modo:næ illū ecastor miserū habebo.ph.ego istuc scio
Ita fore illi:dum quidē cū illo nupta eris.ar.ego censeo
Eum etiam hominē in senatu dare operam aut clientibus.
Ibi labore delassatum noctem totam stertere.
Ille opere foris faciendo lassus noctu aduenit.
Fundum alienum arat. in cultum familiarem deserit.
Is etiam corruptus porro suum corrumpit filium.
pa. Sequere hac me modo iā faxo ipsū hominē mānifesto opprimas
ar. Nihil ecastor est qd facere mauelim.pa.mane dū.ar.qd est.
pa. Possis si forte accubantē tuum uirum conspexeris:
Cum corona amplexum amicam:si uideas cognoscere.
ar. Possū ecastor.pa.hē tibi hoiem.ar.perii.pa.paulisp mane.
Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.
ar. Quid modi pater amplexandi facies.De.fateor gnate mi.
ar. Quid fatere.De.ex amore huius corruptum oppido.
pa. Audin qd ait.ar.audio.De.egon ut nō domo uxori meæ
Surripiam in delitiis pallam quam habet:atq; ad te deferam.
Non edepol conduci possum uita uxoris annua.
pa. Censen tu illum hodie primum ire adsuetum in ganeum.
ar. Ille ecastor suppillabat me:quod ancillas meas
Suspicabar:atq; insontis miseras cruciabam.ar.pater
Iube dare uinum.iādudū factū est quum primū bibi.
De. Da puere ab summo.ar.age tu iteribi ab infimo da suauium.
art. Perii misera:ut osculatur carnufex:capuli decus
De. Edepol animam suauiorem aliquanto q̄ uxoris meæ.
ph. Dic amabo .an fetet anima uxoris tuæ.
De. Nauteam malim si necessum est:quā illam oscularier.
art. Non queo durare.Pa.si non didicisti fulonicam

Non mirandum est in oculos inuadi optimum est.
Ar. Ego pol uiuã: & tu his hæc hodie cũ tuo magno malo
Inuocasti. Pa. ecquis currit pollinctorem accrescere?
Ar. Mater salue. ar. sic salutas? pa. mortuus est demenetus:
Tempus subducere hinc me pulcre: hoc glisit prælium.
Ibo ad diabolum. mandata dicã facta ut uoluerint.
Atq; interea ut decumbamus suadebo: hi dum litigat.
Post demũ huc cras adducã ad lenam: ut uiginti minas.
Ei det. in parte hac amanti. ut liceat ei potirier.
Argyrippus exorari spero poterit: ut sinat.
Se se alternas cum illo noctes hanc frui: nã ni impetro
Regem perdidi: ex amore tantũ est homini incendium.
Ar. Quid tibi huc receptio ad te est meũ uix? ph. pol me quidẽ
Miserum hodie enecabit. ar. surge amator: i domum.
De. Nullus sum. ar. ãmmo es: ne nega: omniũ pol nequissimus.
At etiã cubat cuculus. surge amator: i domum.
De. Ve mihi. ar. uera ariolare: surge amator: i domũ.
De. Abscede ergo paululũ istuc. ar. surge amator: i domũ
De. Iam obsecro uxor. ar. nũc uxorẽ me eẽ meministi tuam?
Modo quum dicta in me ingerebas: odiũ nõ uxor eram
De. Totus perii. ar. quid tãdẽ? anima fetet ne uxoris tuæ?
De. Mirrhã olet. ar. iam subripuisti pallã: quã scorto dares?
Ar. Ecastor qui subrepturum pallam promisit tibi?
Ar. Non taces? arg. ego dissuadebam mater. art. bellum filium
Istoscine patrem æquum mores est liberis largirier.
Nihil ne te pudet. De. pol si aliud nisi sit: tui me uxor pudet.
Ar. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.
De. Non licet manere: cœna coquitur: dum cœnẽ modo?
Ar. Ecastor cœnabis: hodie ut dignum est magnũ malum.
De. Male cubandum est: indicatum me uxor adducit domum:
Ar. Dicebam pater tibi ne matri consuleres mali.
Phy. De palla memento amabo. de. iubẽ hanc hinc abscedere.
Ar. Immo intus potius: sequere me hac mi anime.
Ar. I domum. ph. da suauium etiã prius q̃ abis. de. i in crucem
Grex hic senex si quid clã uxore suo animo fecit uoluptatis
Neq; nouum: neq; mirum fecit: nec secus q̃ alii solent.
Nec quisquam est tam ingenio duro: nec tam firmo pectore.
Quin ubi quicquam occasionis sit. sibi faciat bene.
Nunc si uoltis deprecari huic senine uapulet
Remur impetrari posse. si plausum sic clarum datis

Plauti Aulularia.

Argumentum.

Enex auarus uix ſibi credens euclio:
ſ Domi ſuæ defoſſam multis cum opibus
Aulam inuenit:rurſumq; penitus conditam
Exanguis.amens.ſeruat:eius filiam
Liconides uitiarat.interea ſenex
Megadorus a ſorore ſuaſus ducere
Vxorem auari gnatam depoſcit ſibi.
Durus ſenex uix promittit:atq; aulæ timens
Domo ſublatam uariis abſtrudit locis.
Inſidias ſeruos facit huius liconidis
Qui uirginem uitiarat:atq; obſecrat
Auunculum megadorum ſibimet cedere
Vxori amanti:per dolum mox euclio
Quum perdidiſſet aulam inſperato inuenit.
Lætuſque natam collocat liconidi.

Argumentum.

Vlam repertam auri plenam euclio
a Vi ſumma ſeruat miſeris adfectus modis.
Liconides iſtius uitiat filiam.
Volt hanc megadorus indotatam ducere.
Lubenſq; ut faciat:dat coquos cum obſonio
Auro formidat euclio:abſtrudit foris,
Re omni inſpecta compreſſoris ſeruulus
Id ſurpit: illic euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro uxore & filio.

Lar Familiaris. prologus.

E quis miretur qui ſim paucis eloquar.
n Ego lar ſum familiaris:ex hac familia
Vnde & euntem me aſpexiſtis:hanc domum
Iam multos annos eſt quum poſſideo:& colo.
Patri:auoque iam huius qui nunc hic habet.
Sed mihi auus huius obſecrans concredidit.
Theſaurum auri clam omnis in medio foco
Defodit uenerans me:ut id ſeruarem ſibi.
Is quando moritur ita auido ingenio fuit.
Nunquam indicare id filio uoluit ſuo.
Inopemq; optauit potius eum relinquere.
Quam cum theſaurum commoſtraret filio.

Agri reliquit ei non magnum modum.
Quo cum labore magno:& misere uiueret.
Vbi is obiit mortem:qui mihi id aurũ credidit:
Cœpi obseruare ecquid maiorem filius
Mihi honorem haberet q̃ is habuisset.
Atq; ille uero minus minusq; impendio
Curare.minusq; me impartire honoribus
Item a me contra factum est.nam item obiit diem
Is ex se hunc reliquit qui hic nunc habitat filium
Pariter moratum:ut pater auusq; huius fuit.
Huic filia una est.ea mihi quotidie
Aut thure:aut uino aut aliquod semper supplicat.
Dat mihi coronas:eius honoris gratia
Feci thesaurum ut hic reperiret euclio.
Quo eam facilius nuptum si uellet daret:
Nam compressit eam de summo adolescens loco.
Is scit adolescens quæ sit:quam compresserit.
Illa illum nescit:neq; compressam autem pater.
Eam ego hodie faciam:ut hic senex de proximo
Sibi uxorem poscat:id ea faciam gratia
Quo ille eam facilius ducat qui compresserat.
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex.
Is adulescentis illius est auunculus.
Qui illam stuprauit noctu cereris uigiliis.
Sed hic senex iam clamat intus ut solet.
Anum foras extrudit ne sit conscia.
Credo aurum inspicere uolt:ne surreptum siet.

Senex Euclio.Staphila anus.

Eu. Xi inquam:age exi:exeundũ hercle tibi hinc est foras.
e Circunspectatrix cum oculis emisiciis.
Sta. Nam cur me miseram uerberas.Eu.ut misera sis.
Atq; ut te dignam mala malam ætatem exigãs.
Sta. Nam qua nunc causa extrusisti ex ædibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam stimulorum seges?
Illuc regredere ab hostio:illuc sis uide
Vt incedit:at scin quo modo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cepero aut stimulum in manum
Testudineum illum tibi ego grandibo gradum.
Sta. Vtinam me diui adassint ad suspendium
Potius quidem:q̃ hoc pacto apud te seruiam:

Eu. Vt ſceleſta ſoal ſecum murmurat
Oculos hercle ego iſtos improba effodiam tibi
Ne me obſeruare poſſis: quid rerum geram.
Abſcede etiã nunc: etiam nunc: etiam hoc:
Iſtic adeſto. ſi hercle tu ex iſtoc loco
Digitum tranſuerſum: aut unguem latũ exceſſeris:
Aut ſi reſpexeris donec ego te iuſſero
Continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci.
Sceleſtiorem me hac anu certe ſcio
Vidiſſe nunquam: nimiſq; ego hãc metuo male.
Ne mihi ex inſidiis uerba imprudenti diut.
Neu præſentiſcat aurum ubi eſt abſconditum.
Quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima.
Nunc ibo ut uiſam: eſt ne ita aurum ut condidi?
Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis?
Sta. Nec nunc me caſtor quid hero ego dicã meo
Male rei eueniſſe: quanue inſaniam
Quæo cõminiſci ita me miſeram ad hunc modũ
Decies die uno ſæpe extrudit ædibus
Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenẽt.
Peruigilat noctes totas: tum autem interdius
Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.
Neque iam quo pacto celem herilis filiæ
Probrum: propinqua partitudo cui appetit
Queo cõminiſci: neque quicquam melius ẽ mihi
Vt opinor: quam ex me ut unam faciam litteram.
Longam laqueo collum quando obſtrinxero.

Euclio ſenex. Staphila anus.

Eu. Vnc defecato demũ aio egredior domo.
n Poſtq̃ perſpexi ſalua eſſe intus omnia.
Redi nũc iã intro: atq; intus ſerua. Sta. quippe nil
Ego intus ſeruem: an ne quis ædes auferat.
Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus.
Ita inanis ſunt. oppletæ: atq; araneis
Eu. Mirum quin tua nunc me cauſa faciat iuppiter
Philippum regem: aut dareum triuinefica
Araneas mi mihi ego illas ſeruari uolo.
Pauper ſum fateor: patior: quod di dant fero.
Abi intro: occlude ianuam: iam ego hic ero
Caue quenq̃ alienum in ædis intromiſeris:

Sta. Quid si quispiã ignẽ quærit.eu.extingui uolo.
Ne causæ quid sit quod te quispiam quæritet.
Nam si ignis uiuet:tu extinguere extemplo.
Tum aquam aufugisse dicito si quis petet.
Sta. Cultrum:securim:pistillum:mortarium.
Quæ utenda uasa semper uicini rogant
eu. Furis uenisse atq; abstulisse dicito.
Profecto in ædibus meis me absente neminem
Volo intromitti:atq; etiam hoc prædico tibi.
Si bona fortuna ueniat ne intromiseris.
Sta. Pol ea ipsa credo ne interomittatur cauet.
Nam ad ædis nostras nusq̃ adiit quãquã prope
eu. Tace atq; abi intro:Sta:taceo atq; abeo.Eu.ocludesis
Fores ambobus pessulis.iam ego hic ero.
Discrucior nimi.quia ab domo abeundũ est mihi.
Nimis herde inuitus abeo:sed quid agam scio.
Nam noster nostræ qui est magister curiæ.
Diuidere argenti dixit nummos ut uiros:
Id si relinquo:ac non peto omnes illico
Me suspicentur credo habere aurum domi.
Nam non est uerisimile hominem pauperem
Pauxillum parui facere quin nũmum petat.
Nam nũc quum cælo sedulo omnes ne sciant
Omnes uidentur scire & me benignus
Omnes salutant:quam salutabant prius:
Adeunt:consistunt:copulantur dexteras.
Rogitant me ut ualeam.quid agam.quid rerum geram.
Nunc quo profectus sum ibo.post idem domum
Me rursum q̃tum potero tantum recipiam:

Eumonia.Megadorus senex:

u Elim te arbitrari me hæc uerba frater
Meæ fidei tuæq; rei hoc uel hoc
eu: Causa facere ut æquum est germanã sororẽ:
Quanq̃ haud falsa sum nos odiosas haberi.
Nam multum loquaces merito omnes habemur.
Nec mutam profecto repertam ullam esse
Hodie dicunt mulierem ullo in sæculo.
Verum hoc frater unum tamen cogitato.
Tibi proximam me mihiq; item esse te
Vt æquum est quod in rem esse utrique arbitremur:

Et mihi te:& tibi me consulere & monere.
Neque occultum id haberi:neq; per metum mussari:
Quin participem pariter ego te:& tu me ut facias.
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi.
Vt tuam rem ego tecum hic loquerer familiariter.
Me. Da mihi optuma fœmina manũ.Eu. ubi ea est.
Q uis ea est nam optuma.Me.tu.Eu.tu ne ais.me.si negas nego.
Eu. Decet te equidem uera ploqui:nam optuma nulla potest eligi.
Alia alia peior frater est.Me.idem ego arbitror:nec tibi
Aduersari certum est de istac re nunq̃ soror.quid uis.
Eu. Da mihi operam ambo.me.tu ast utere:atque impera:si quid uis.
Eu. Id quod in rem tuã optumũ esse arbitror te id admonitũ aduento.
Me. Soror more tuo facis.eu.facta uolo.me.quid est id soror.
Eu. Quod tibi sempiternũ salutare sit liberis procreãdis. Me.ita di faxint
Eu. Volo te uxorẽ domũ ducere.me.hei occidi.eu.quid ita.
Me. Quia misero cerebrũ excutiũt tua dicta soror:lapides loqueris.
Eu. Eia hoc face quod te iubet soror.me.si iubeat faciam
Eu. In rẽ hoc tuã est.me.ut quidẽ:emoriar prius q̃ ducam.
Quæ cras ueniat perendie foras feratur soror
His legibus quum dare uis cedo nuptias adorna.
Eu. Quam maximã possum tibi dare frater dotem.
Sed est grandior natu:media est mulieris ætas.
Eam si iubes frater tibi me poscere poscam.
Me. Num non uis me interrogare te:eu.imo si quid uis roga.
Me. Post mediã ætatẽ qui mediam ducit uxorem domũ.
Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuito
Quid dubitas quin sit paratũ nomẽ puero posthumus.
Nunc ego istũ soror laborẽ degam:& dimminuã tibi.
Ego uirtute deum & maiorũ nostrorum diues sum satis:
Istas magnas factiones.animos dotes dapsiles:
Clamores:imperia:eburata:uehicula:pallas: purpurã.
Nihil moror:quæ in seruitutem redigunt uiros.
Dic mihi quæso quis ea est quã uis ducere uxorem?Eu.eloquar.
Me. Nouistin hunc senẽ euclionẽ ex proximo pauperculum?
Noui hominem haud malũ me castor:eius cupio filiam.
Virginẽ mihi desponderi.uerba ne facias soror.
Scio quid dictura es hanc esse pauperẽ:hæc pauper placet.
Eu. Di bene uertãt.Me.idẽ ego spero.Eu.qd me nũc uis.Me.uale
Eu. Et tu frater.me.ego conueniam euclionẽ si domi est.
Sed eccum nescio unde sese homo recipit domum.

PRæſagibat mihi animus fruſtra me ire quũ exibã domo
Itaq; abibam inuitus:nã neq; quiſq̃ curialium
Venit:neque magiſter:quem diuidere argentum oportuit.
Nũc domũ properare propero:nã egomet ſum hic:aius domi eſt.
Me. Saluus atq; fortunatus euclio ſemper ſies.
Eu. Di te ament megadore. Me.quid tu.recten atq; ut uis uales.
Eu. Non temerarium eſt ubi diues blande appellat pauperem:
Iam illic homo aurum me ſcit habere:eo me ſalutat blandius:
Me. Ain tu te ualere.Eu.pol ego haud a pecunia perbene.
Me. Pol ſi eſt animus æquus tibi ſatis habes qui bene uitã colas.
Eu. Anus hercle hoc indiciũ fecit de auro perſpicue.palam eſt
Cui ego iam linguam præcidam atq; ocullos effodiam domi.
Me. Quid tu ſolus tecum loquere.eu.meã pauperiẽ conqueror.
Virginem habeo grandem: dote caſſam atq; inlocabilem.
Neque eã queo locare cuiq̃.me.tace bonum habe aium euclio.
Dabitur: adiuuabere a me:dic ſi quid opus eſt impera.
Eu. Nũc petit quum pollicetur inhiat aurum ut deuoret.
Altera manu fert lapidem:panem oſtentat altera.
Nemini credo.qui large blandus eſt diues pauperi.
Vbi manũ inicit:benigne ibi onerat aliquã zamiã.
Ego iſtos noui polypos qui ubi quicquid tetigerunt: tenent.
Me. Da mihi operam parũper:paucis euclio eſt quod te uolo.
De cõmuni re appellare mea & tua.Eu.hei miſero mihi.
Aurum mihi intus arpagatũ eſt:nunc hic eãm rem uolt ſcio
Mecum adire ad pactionem:uerũ interuiſam domi.
Me. Quo abis.eu.iã ad te reuortar.nã eſt quod uiſam domum.
Me. Credo edepol ubi mentionẽ ego fecero de filia
Mihi ut deſpõdeat ſeſe a me derideri rebitur.
Neq; illo quiſq̃ eſt alter hodie ex pauptate parcior
Eu. Di me ſeruant ſalua res eſt:ſaluũ eſt ſi quid non perit.
Nimis male timui:priuſq̃ intro redii exanimatus fui.
Redeo ad te megadore ſi quid me uis. Me. habeo gratiã.
Quæſo quod te percõtabor:ne id te pigeat proloqui.
Eu. Dum qdem nequid pconteris qd mihi non libeat proloqui
Me. Dic mihi quali me arbitrare genere prognatũ.Eu. bono.
Me. Quid fide:eu.bona.me.qd factis:Eu.neque malis:neque improbis.
Me. Aetatẽ meã ſis.Eu.ſcio eſſe grandẽ itidẽ ut pecuniam
Me. Certe edepol equidẽ te ciuẽ ſine omni mala etiam malitia
Semper ſum ratus & nunc arbitror.eu.aurũ huic olet.

Quid nunc me uis? Me. quoniam tu me: & ego te qualis sis scio.
Quæ res recte uortat: mihiq: tibiq: tuæq: filiæ.
Filiam tuam mihi uxorem posco: pmitte hoc fore.
Me. Hei megadore haud decorũ facinus tuis factis facis
Vt inopem atq: innoxium abs te: atq: abs tuis me irrideas.
Nam te neq: re: neq: uerbis merui uti faceres quod facis.
Me. Neq: edepol ego te derisum uenio: neq: derideo.
Neq: dignum arbitror. Eu. cur igitur poscis meam gnatã tibi?
Me. Vt propter me tibi sit melius: mihiq: propter te & tuos.
Eu. Venit hoc mihi in mentem megadore te esse hominem diuitem
Factiosum: me item esse hominem pauperum paupertimum.
Nunc si filiam locassim meam tibi: in mentem uenit.
Te bouẽ esse. & me esse asellum: ubi tecum cõiunctus siem.
Vbi onus nequeam portare pariter iaceam ego asinus in luto.
Tu me bos haud magis respicias: gnatus q̃ si nunq̃ siem.
Et te utar iniquore: & meus me ordo irrideat.
Neutrobi habeam stabile stabulum: si quid deuortii fuat.
Asini me mordacus scindant: boues incursent cornibus
Hoc magnum est periculum me ab asinis ad boues transcẽdere.
Me. Quam ad probos ppinquitate proxime te adiunxeris.
Tam optimum est: tu conditionem hanc accipe ausculta mihi.
Atq: eam desponde mihi. Eu. at nihil est dotis quidem.
Me. Ne duas: dum modo morata recte ueniat: dotata est satis.
Eu. Eo dico ne me thesaurum reperisse censeas.
Me. Noui: ne doceas: desponde: Eu. fiat: sed proh iuppiter.
Non ego disperii? Me. quid crepuit q̃si fẽr modo?
Me. Hic apud me hortum cõfodere iussi: sed ubi hic est homo.
Abiit: neq: me certiorem fecit: fastidit mei:
Quia uidet me suã amicitiam uelle: more hominum facit:
Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam
Pauper metuit congredi: per metum male rem gerit
Idem quando illæc occasio perit: post sero cupit.
Eu. Si hercle ego te non elinguandam dedero: usq: ab radicibus.
Impero: auctorq: sum. ut me cuiuis castrandum loces.
Me. Video hercle ego te me arbitrari euclio hominem idoneum
Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo.
Eu. Neq: edepol megadore facio: neq: si cupiam copia est.
Me. Quid: nunc etiam mihi despondes filiam: Eu. illis legibus.
Cum illa dote quam tibi dixi. Me. sponden ergo: Eu. spondeo.
Istuc di bene uortãt. Me. ita di faxit. Eu. illud facio ut memineris

Conuenisse:ut ne quid dotis mea ad te afferat filia
Me. Memini.Eu.at scio quo uos pacto soleatis perplexarier:
Pactum non pactum est:non pactũ pactũ est ꝙ uobis lubet.
Me. Nulla controuersia mihi tecum erit: sed nuptias
Hodie quin facimus nũ quæ causa ẽ:Eu.imo edepol optuma.
Me. Ibo igitur parabo:nunquid me uis:Eu.istuc fiet uale.
Me. Heus strobile sequere propere me ad macellum strenue:
Eu. Illic hinc abiit.di imortales obsecro aurũ quid ualet:
Credo ego iam illum inaudiisse mihi esse thesaurum domum.
Id inhiat:ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

Euclio senex. Staphila anus.

Eu. Bi tu es quæ deblaterasti iam uicinis omnibus
u Me meæ filiæ daturũ dotem:heus staphila te uoco:
Ecquid audis:uascula intus pure:propera atq; elue.
Filiam despondi ego hodie.huic nuptũ megadoro dabo
Sta. Di bene uortant.uerum e castor non potest:subitum est nimis:
Eu. Tace atq; abi:curata fac sint quum a foro redeam domum.
Atq; occlude ædes iam ego hic ero.St.quid ego nunc agam:
Nunc nobis prope adest exitium mihi atq; herili filiæ.
Nam probrum atq; partitudo prope adest ut fiat palam.
Quod celatum est:atq; ocultatum usq; adhuc:nunc non potest.
bo ntro ut hæc quæ imperauit facta cũ ueniat sient.
Nam e castor malũ mœrorem metuo ne mistũ bibam.

Strobilus seruus. Anthrax.Congrio coqui:

Stro. O tq̃ obsonauit herus:& conduxit coquos
p Tibicinasq; hasce apud forum edixit mihi
Vt dispartirem obsonium hic bifariam.
Con. Me quidem hercle dicam palam non diuides.
Si quo tu totum me ire uis operam dabo.
Ant. Bellum & pudicum uero prostibulum populi.
Post si quis uellet te aut non uelles diuidi
Con. Atque ego istuc anthrax aliouorsum dixeram
Nõ istuc quod tu isimulas.St.sed herus nuptias meus hodie faciet.
Con. Cuius ducit filiam:St. uicini huius euclionis e proximo.
Ei adeo obsonii hinc dimidium iussit dari.
Coquum alterum:itidemque a'teram tibicinam.
Nempe huic dimidium dicis:dimidium domi:
Sta. Nempe sicut dicis.Ant.quid hic non poterat de suo.
Senex obsonari filiæ in nuptiis!St.uah.
Ant. Quid negocii est:St.quid negocii sit rogas:

Pumex non æque aridus:atque hic est senex:
Ant. Ain tandem ita esse ut dicis:St.tute existima
Suam rem periisse:seque eradicarier.
Quin diuum atque hominum clamat continuo fidem
De suo tigillo fumus si qua exit foras
Quin quum it dormitum follem obstrinxit ob gullam
Ant. Cur:Str.ne quid animæ amittat dormiens.
Ant. Etiã ne obturat inferiorem gutturem
Ne quid animæ forte amittat dormiens:
Str. Hæc mihi te ut tibi me æquum est credere credo.
Ant. Immo equidem credo.Str.at scin etiam quo modo:
Aquam hercle plorat quum lauat profundere.
Ant. Censen talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene ut det:qui fiamus liberi:
Str. Famem hercle utendam si roges nunq̃ dabit.
Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat
Collegit:omnia abstulit præsegmina
Ant. Edepol mortalem parce parcum prædicas.
Str. Censen uero adeo esse parcum & misere uiuere!
Pulmentum pridem ei eripuit miluus.
Homo ad prætorem plorabundus deuenit
Infit ibi postulare plorans eiulans
Vt sibi liceret miluum uadarier.
Sexcenta sunt quæ memorem si sit ocium.
Sed uter uestrorum est celerior memora mihi.
Con: Ego ut multo melior.St.coquum ego:non furem rogo.
Ant. Coquũ ego dico.St.quid tu ais!Con.sic sum:ut uides.
Str. Coquus ille nundinalis est:in nonum diem
Solet ire coctum.Con.tu trium litterarum homo
Vituperas me.Str.etiam fur trifurcifer.

Strobilus.Antrax.Congrio.

Ant. Ace nunc iam tu atq; agnum horum uter est pinguior
Licet.Str.tu cõgrio eũ sũe atq; abi intus illuc & uos eũ seqmi
Vos cæteri illuc ad nos.Con.hercle iniuria
Dispertiuisti.pinguiorem agnum isti habent.
Str. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo phrygia:tu autem eleusium
Huc intro abi ad nos.Con.ostrobile subdole
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum!
Vbi siquid poscamus ad rauim poscamus prius

Quam quicq̃ detur. Str. stultus & sine gratia es.
Tibi recte facere quando quid facias perit!
Con. Qui uero! Str. rogitas! iam principio in ædibus
Turba istuc nulla tibi erit: siquid uti uoles.
Domo abs te afferto: ne operam perdas poscere:
Hic apud nos magna turba ac familia est.
Suppellex: aurũ uestes. uasa argentea. ibi si periit quippiam
Quod te scio facile abstinere posse: si nihil obuiam est
Dicant coqui abstulerunt comprehendite.
Vincite. uerberate. in puteum condite.
Horum tibi istic nihil eueniet quippe qui
Vbi quid nihil est. sequere hac me. Con. sequor.

Strobilus. Euclio. Staphyla

Str. Eus staphyla prodi atq; hostiũ aperi. Sta. qui uocat!
Str. h Strobilus. Sta. quid uis! Str. hos ut accipias coquos,
Tibicinamq: & obsonium in nuptias.
Megadorus iussit euclioni hec minere.
Sta. Cererin strobile has facturi nuptias!
Str. Qui! sta. quia temeti nihil allatum intelligo.
Str. At iam afferetur si a foro ipsus redierit.
Sta. Ligna hic apud nos nulla sunt. Str. sunt asseres.
Sta. Sunt pol: str. sunt igitur ligna ne quæras foris:
Sta. Quid impurate quanq̃ uulcano studes
Cœnæue causa aut tuæ mercedis gratia
Nos nostras ædes postulas comburere.
Str. Haud postulo duc istos intro. Sta. sequimini.

Pythodicus seruus.

Vrate: ego interuisam quid faciant coqui
c Quos pol ut ego hodie seruem cura maxima est:
Nisi unum hoc faciam: ut in puteo cœnam coquant
Inde coactam sursum subducemus corbulis:
Si autem deorsum comedent: si quid coxerint
Superi incœnati sunt: & cœnati inferi
Sic uerba hic facio. quasi negocii nihil fiet.
Rapacidarum ubi tantum fiet in ædibus.

Euclio. Congrio.

Oui animum tandem consolare meum
u Vt bene haberem filiæ nuptiis.
Venio ad macellum: rogito pisces: indicant
Caros: agninam caram: caram bubulam:

Aul.

Vitulinam:cetum:porcinam.cara omnia:
Atq; eo fuerunt cariora,es non erat.
Abeo iratus illinc:quoniam nihil est qui emam.
Ita illis impuris omnibus adii manum.
Deinde ego met mecum cogitare inter uias
Occepi.festo die si quid prodegeris.
Profecto egere liceat:nisi peperceris
Post hanc rationem cordi uentriq; edidi.
Accessit animus ad meam sententiam:
Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem:
Nunc tusculum emi:& hasce coronas floreas.
Hæc imponentur in foco nostro lari
Vt fortunatas faciat gnatæ nuptias:
Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitus est intus.num nam compilor miser ego
Con. Aulam maiorem si potes uicina
Pete:hæc parua est capere non quit.eu.hei mihi
Perii hercle:aurum rapitur aula quæritur.
Nimirum occidor:nisi ego intro huc propero currere.
Apollo quæso subueni mihi:atque adiuua.
Confige sagittis fures thesaurarios.
Cui in re tali subuenisti ante hac.
Sed cesso priusq; prorsus perii currere.

Anthrax.euclio.

Romo desquama piscis:tu macherio
d Congrum murænam exdorsua quantum potes:
Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto
A congrione.tu istum gallum si sapis
Glabriorem reddes mihi:q; uolsus ludius est.
Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Coqui hercle credo faciunt officium suum.
Fugiam intro:nequid turbæ hic itidem fiat.

Congrio.

Ptati ciues populares:incolæ.acolæ.aduenæ omnes
Date uiam qua fugere liceat:facitæ totæ plateæ pateant.
Nũqd ego ũq; nisi hodie ad bacchas uĕi i bacchanal coq;natũ?
Ita me miserum & meos discipulos fustibus male contuderunt
Totus doleo.atque oppido perii:ita me iste habuit senex gymnasiũ:
Atat perii hercle ego miser:aperit bacchanal adest
Sequitur.scio quam rem geram.hæc ipsus magister me docuit.

Neq; ligna ego uſq̃ gentium præberi uidi pulchrius.
Ita q; omnis exegit foras:me:atq; hos honuſtos fuſtibus.

Euclio ſenex.Congrio

Eu. Edi:quo fugis nunc!tene tene.Con.qd ſtolide clamas!
Quia ad triuiros iam ego deferam tuũ nomẽ.cõ. quãobrem!
Eu. Quia cultrum habes.con.cocũ decet.eu.quid comminatus
Mihi.con.iſtuc malefactum arbitror:quia non latus fodi.
Eu. Homo nullus eſt te ſceleſtior qui uiuat hodie.
Neq; cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim
Con. Pol etſi taceas:palã id quidem eſt:res ipſa teſtis eſt.
Ita fuſtibus ſum mollior magis miſer q̃ullus cinedus:
Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt!quæ res!
Eu. Etiam rogitas!an quia minus q̃ æquum erat feci!
Con. Sine:hercle cum malo magno tuo ſi hoc caput ſentiet.
Eu. Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negocii
Me abſente:niſi ego iuſſeram uolo ſcire.Cõ.tace ergo:
Quia uenimus coctũ ad nuptias.Eu.quid tu malũ curas
Vtrum crudum an coctum edam niſi tu mihi es tutor!
Con. Volo ſcire ſinas:ãn non ſinas nos coquere hic cœnam
Eu. Volo ſcire item ego meæ domi mea ſalua futura.
Con. Vtinã mea mihi modo auferam quæ attuli ſalua.
Eu. Me haud pœnitet:tua ne expetã!Cõ.ſcio.ne doce.noui
Quid eſt qua ph:beas nunc gratia nos coquere hic cœnam.
Quid fecimus!quid diximus tibi ſecus quam uelles!
Eu. Etiam rogitas ſceleſte homo qui angulos omnis
Mearum ædium:& conclauium mihi peruium facitis!
Id ubi tibi erat negocium ad focum ſi adeſſes
Non fiſile haberes caput merito id tibi factum eſt
Adeo ut tu meam ſententiam iam noſcere poſſis.
Si ad ianuam huc acceſſeris:niſi iuſſero propius
Ego te faciam miſerrimus mortalis uti ſis.
Scis iam meam ſententiam.quo abis.redi rurſum.
Con. Ita me bene amet lauerna te iam niſi redi
Mihi uaſa iubes pipulo hic differam ante ædis.
Quid ego nunc agam.næ ego edepol ueni huc auſpicio malo.
Nummo ſum cõductus plus iam medico mercede opus eſt.

Euclio Congrio.

Oc quidem hercle quoquo ibo mecum erit mecum feram
Eu. h Neq; iſtuc in tãtis periculis nunq̃ committam ut ſiet.
Ite ſane nunc iam intro omnes & coqui & tibicinæ.

Etiam introduce si uis uel gregem uenalium
Coquite:facite:festinate:nunc iam quantum lubet.
Hem perii.Eu.abi.opera huc cōducta est uestra non oratio.
Con. Heu senex pro uapulando hercle ego abs te mercedē petam.
Coctum ego:non uapulatum dudum conductus sum.
Eu. Lege agito mecum molestus ne sis:& cœnam quoque.
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus.con.abi tu modo.

Euclio.

Eu. Llinc,hinc abiit:di immortales facinus audax incipit:
Qui cum opulento pauper hoie cœpit rē hre:aut negocium
Velut megadorus tentat me omnibus miserum modis:
Qui simulauit mei honoris mittere huc causa coquos.
Is ea causa misit hoc qui surriperent misero mihi.
Condigne etiam meus me intus gallus gallinacius.
Qui erat anui peculiaris perdidit penissime.
Vbi erat hæc defossa occepit ibi scalpurire ungulis
Circuncirca.quid opus est uerbis.ita mihi pectus peracuit
Capio fustem:obtrunco gallum furem manifestarium:
Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos
Siid palam fecisset:exemi ex manu manubrium.
Quid opus est uerbis.facta est pugna in gallo gallinatio.
Sed megadorus meus affinis:eccum incedit a foro.
Iam hunc non ausim præterire:quin consistam & colloquar.

Megadorus.euclio.

Arrauí amicis meis consilium meum.
De conditione hac:euclionis filiam laudant:
Sapienter factum & consilio bono
Nam meo quidem animo si idem faciant cæteri.
Opulentiores pauperorum filias
Vt indotatas ducant uxores domum.
Et multo fiat ciuitas concordior.
Et inuidia minore nos utamur:quam utimur.
Et illæ malam rem metuant quam metuunt magis.
Et nos minore sumptu simus:quam sumus
In maxima illec populi parte est optuma
In pauciore auidis altercatio.est.
Quorum animis auidis:atq; insatietatibus
Neq; lex:neq; tutor capere est qui possit modum.
Neq; hoc qui dicat quo illæ nubent diuites.
Dotata es:istud ius pauperibus ponitur

Quo iubeant nubant: dum dos ne fiat comes.
Hoc si ita fiet mores meliores sibi
Parent pro dote quos ferant:quam nunc ferunt.
Ego faxim muli precio qui superant equos
Sient uiliores gallicis canteriis.

Eu. Ita me di amabunt ut ego hunc ausculto lubens.
Nimis lepide fecit uerba ad parsimoniam.

Me. Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli.
Maiorem multo q̃ tibi erat pecunia
Enim mihi quidem æquum est
Purpuram atq; aurum dari.
Ancillas:mulos:muliones:pedissequas:
Saluti gerulos pueros:uehicula qui uehat.

Eu. Vt matronarum hic facta pernouit probe:
Moribus præfectum mulierum hunc factum uelim.

Me. Nunc quoq; inuenias plus plaustrorum in ædibus
Videas q̃ ruri quando ad uillam ueneris:

Str. Sed hoc etiam pulchrum est.
Præ quam ubi sumptus petunt
Stat fullo:phrygio.aurifex:lanarius:
Caupones:patagiarii:indusiarii:flamearii:uiolarii:carinarii.
Aut manulearii.aut mirobrecarii.
Propolæ lintheones calceolarii.
Sedentarii sutates diabathraii
Solearii adstant.adstant molochinarii
Petunt fullones:sarcinatores petunt.
Strophiarii adstant:adstant semisonarii.
Iam hosce absolutos censeas:cedunt:petunt:
Terceni quum stant phylacistæ in atriis
Textores:limbolarii:arcularii ducuntur:datur
Aes:iam hosce absolutos censeas
Quum incedunt infectores crocotarii
Aut aliqua mala crux semper est quæ petat:

Eu. Compellarem ego illum ni metuam:ne desinat
Memorare mores mulierum:nunc sic sinam.

Me. Vbi nugiuendis res soluta est omnibus
Ibi ad postremum cedit miles:aes petit.
Itur:putatur ratio cum argentario:
Miles impransus adstat:æs censet dari.
Vbi disputata est ratio cum argentario

Etiam plus ipsus ultro debet argentario.
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæc sunt atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates sumptusque intolerabiles
Nam quæ indotata est:ea est in potestate uiri.
Dotatæ mactant & malo & damno uiros:
Sed eccum affinem ante ædes:quid agitur euclio?

Euclio. Megadorus.

Eu. Imium lubenter audiui sermonem tuum:
Me. An audiuisti?eu.usque a principio omnia.
Me. Tamen e meo quidem animo
Aliquanto facias rectius.
Si nitidior sis nuptiis filiæ.
Pro re nitorem & gloriam pro copia.
Qui habent meminerint sese unde oriundi sient.
Neque pol megadore mihi:neque cuiq̃ pauperi
Opinione melius res structa est domi.
Me. Immo est:& dii faciant ut siet
Plus plusque sospitent quod nunc habes
Eu. Illud mihi uerbum non placet quod nunc habes
Tam hic scit me habere q̃ egomet:anus fecit palam.
Me. Quid tute solus e senatu seuocas?
Eu. Pol ego te ut accusem merito meditabar. Me. quid est?
Eu. Quid sit me rogas?qui mihi omnis angulos
Furum impleuisti in ædibus misero mihi
Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos
Cum senis manibus genere geryonaceo.
Quos si argus seruet:qui oculeus totus fuit.
Quem quondam ioni iuno custodem addidit.
Is nunq̃ seruet:præterea tibicinam
Quæ mihi interbibere sola si uino scateat
Corinthiensem fontem & pyreneum potest:
Tum obsonium autem. Me. pol uelleoni sat est
Etiam agnum misi. eu. quo quidem agno sat scio
Magis curiosam nusquã ullã esse bestiam
Eu. Volo ex te ego scire qui fit agnus curio
Me. Qui ossa atq; pellis totus est:ita cura macet.
Quin exta inspicere in sole etiam uiuo licet.
Ita is pellucet quasi laterna punica.
Me. Cedundum illum ego conduxi. eu. tum tu idem optumus est

Loces efferendum:nam iam credo mortuus est.
Me. Potare ego tecum hodie euclio uolo.
Eu. Non potem ego quidem hercle. Me. At ego iussero
Cadum unum uini ueteris a me afferier.
Eu. Nolo hercle:nam mihi bibere decretum aquam est.
Me. Ego te hodie reddam madidũ si uiuo probe.
Tibi an decretum est bibere aquã.eu.scio quã rem agat
Vt me deponat:uino eam affectat uiam.
Post hoc quod habeo ut cõmutet coloniam.
Ego id cauebo:nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo & operam & uinum perdiderit simul.
Me. Ego nisi quid me uis eo lauatum ut sacruficem.
Eu. Edepol næ tu aula multos inimicos habes.
Atq; istuc aurum quod tibi concreditum est.
Nunc hoc mihi factum est optumum:ut te auferam
Aula in fidei phanum:ibi abstrudam probe:
Fides nouisti me.& ego te:caue sis tibi
Ne tu in me mutassis nomen:si hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua fides fiducia.

Strobilus.

Str. Oc est serui facinus frugi facere quod ego psequor
h Ne moræ molestiæq; imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat.
In herum matura in se sera condecet capessere.
Sin dormitet ita dormitet seruum sese ut cogitet.
Nam qui amanti hero seruitutẽ seruit:quasi ego seruio
Si herum uidet superare amorẽ hoc serui esse officium reor.
Retinere ad salutem non eum quo incũbat eo impellere.
Quasi pueri qui nare discunt scirpea inducitur ratis
Qui laborent minus facilius ut nent:& moueant manus.
Eodem modo seruum ratem esse amanti hero æquum censeo.
Vt tolleret ne pessum eat tanquam
Imperium herile ediscat:ut quod non nos uelit oculi siant.
Quod iubeat citis quadrigis citius pperet persequi.
Qui ea curabit:abstinebit censeo ne bubula.
Nec sua opera reddet unq̃ in splendorem compedes.
Nunc herus meus amat filiã huius euclionis pauperis:
Eam hero nũc renũciatũ est nuptũ huic megadoro dari.
Is speculatũ huc misit me:ut q̃ fieret participes:
Nunc sine omni suspitione in ara hic assidam sacra.

Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier.

Euclio senex. Strophilus seruus.

Vmō caue quicq̄ indicassis aurū meū esse istic fides
t Nō metuo ne quisquam inueniat ita probe in latebris situ est.
Edepol ne illic pulchram prædam agat siqs illā inuenerit
Aulam onustam auri: uerum id te quæso ut prohibessis fides.
Nunc lauabo: ut rem diuinam faciam ne affinem morer.
Quin ubi accesat me: meam extemplo filiam ducat domū.
Vide fides etiā: atq; etiam nunc saluam ut aulā abs te auferam.
Tuæ fidei concredidi aurū: in tuo luco & fano modo est situ.
Str. Di immortales quod ego hunc hominem facinus audio loqui.
Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano fidei.
Caue tu illi fidelis: quæso potius fueris q̄ mihi.
Atq; hic pater est ut ego opinor huius herus quā amat.
Ibo hinc intro perserutabor fanum si inueniam uspiam
Aurū: dum hic est occupatus. sed si repperero o fides
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Id adeo tibi faciam: uerum ego mihi bibam ubi id fecero.

Euclio.

On temere est q; coruos cātat mihi nunc ab leua manu
n Semel radebat pedibus terrā: & uoce crocitabat sua
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram
Atq; in pectus emicare: sed ego cesso currere

Eu. Euclio. Strophylus

Oras lumbrice qui sub terra erepsisti modo
f Qui modo nusq̄ comparebas: nunc quū cōpares peris.
Str. Ego edepol te præstigiator miseris iam accipiam modis
Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est cōmertii senex?
Eu. Quid me afflictas? quid me raptas. qua me causa uerberas?
Str. Verberabilissime etiam rogitas non ur sed trifur?
Str. Quid tibi subripui. Eu. redde huc sis. Str. quid uis reddā. eu. rogitas
Str. Nihil equidem tibi abstuli. eu. at illud quod tibi abstuleras cedo.
Eu. Ecquid ais. eu. quid agam. auferre non potes. Str. quid uis tibi.
Str. Pone hoc scis. aufer cauillam: non ego nunc nugas ago.
Quid ego ponam quin tu eloquere quicquid est suo nomine?
Str. Non hercle equidē q̄q̄ sūpsi nec tetigi. eu. ostēde huc manus
Str. Hem tibi ostendi: eccas. eu. uideo. age ostende etiā tertiam
Laruæ hunc atq; intēperie: insaniæq; agitant senem
Facis ne muriam mihi an nō? eu. fateor quia non perdo maximā
Atq; id quoq; iam fiet nisi fatere. str. quid fatear tibi?

Eu. Quid abstulisti hinc? str. di me perdant si ego tui quidq̃ abstuli.
Ni ue adeo abstulisse uellem. Eu. agedum excute dum palium
Str. Tuo arbitratu. eu. ne inter tunicas habeas. str. tcta qua lubet.
Eu. Vah scelestus q̃ benigne ut ne abstulisse intellegam.
Noui sicophantias. age rursum ostende huc
Dextram. str. hem. eu. nunc leuã ostende. str. quin equidẽ ambas pfero
Eu. Iam scrutari mitto redde huic. str. quid reddã? eu. ah nugas agis.
Certe hẽs. str. habeo ego quid hẽo. eu. nõ dico audire expetis.
Id meum quicquid habes redde: str. insanis perscrutatus es
Tuo arbitratu: neq; tui me quicq̃ inuenisti penes
Eu. Mane: mane: quis illic est? quis hic intus alter erat tecũ simul?
Perii hercle: ille nunc intus turbat: hunc si amitto: hic abierit
Postremo iam hũc perscrutari. hic nihili habet: abi quo lubet.
Iuppiter te diq; perdant. str. haud male agit gratias.
Eu. Ibo hinc intro: atque illi sociẽno tuo iam interstringã gulam.
Fugin hinc ab oculis? abin hinc an non? str. abeo. eu. caue si te uideã.

Strophilus.

Ortuum ego me mauelim leto malo
m Quam non ego illi dem hodie insidias seni
Nam hic iam non audebit aurũ abstrudere.
Credo referet iam secum: & mutabit locum
Atat foris crepuit: senex eccum aurum effert foras
Tantisper hic ego ad ianuam conceffero.

Euclio. Strophilus.

Idei censebam maximã multo fidem
f Esse: ea subleuit os mihi penussume.
Ni subuenisset coruus perissem miser.
Nimis hercle ego illum coruum ad me ueniat uelim
Qui indicium fecit: ut ego illi aliquid boni
Dicam: nam quo dedit tãdiu: quam perdium:
Nunc hoc ubi abstrudam: cogito solum locum:
Siluani lucus extra murum est aulus
Crebro salicto oppletus: ibi sumam locum:
Certum est syluano potius credam q̃ fidei:
Fuge: fuge: dii me saluom & seruatum dolunt.
Str. Iam ego illuc percurram: atq; inscendam aliq̃ in arborem:
Indeq; obseruabo aurum ubi abstrudat senex.
Quãquam hic manere me herus sese iusserat
Certum est malam rem potius quæram cũ lucro.

Liconides adolescens. Eunomia: Ph.

Li. Ixi tibi mater:iuxta rem mecum tenes
d Super euclionis filiam nunc te obsecro
Fac mentionem cum auonculo mater mea.
Resecroq; mater quod dudum obsecraueram.
Eu. Scis tute facta uelle æque tu uelis
Et istuc confido fratre me impetrassere
Et causa iusta est siquidem ita est ut prædicas:
Te eam compressisse uinulentum uirginem.
Li. Ego ne ut te aduorsum mentiar mater mea:
Ph. Perii mea nutrix:obsecro te uterus dolet:
Iuno lucina tuam fidem. Li. hem mater mea.
Tibi rem potiorem uideo:clamat:parturit.
Eu. Ihac intro mecum gnate mi ad fratrem meum
Vt istuc quod me oras efficiam tibi impetratum ab eo auferam.
Li. Iam sequor te mater:sed seruum meum
Strobilum miror ubi sit:quem ego me iusseram
Illic opperiri. num ego mecum cogito.
Sed mihi dat operam:me illi irasci iniurium est.
Ibo intro:ubi de capite meo sunt comitia. Strophylus.
Ici diuitiis qui aureos montis colũt
p Ego solus supero. nam istos reges cæteros
Memorare nolo hominum mendicabula
Ego sum ille rex philippus o lepidum diem.
Nam ut dudum hinc abii:multo illuc aduenì prior
Multoq; prius me collocaui in arborem.
Indeq; expectabam aurum ubi abstrudebat senex
Vbi ille abiit ego me deorsum duco de arbore.
Exfodio aulam auri plenam inde ex eo loco,
Video recipere se senem:ille me non uidet
Nam ego modo declinaui paulum me extra uiam
Atat eccum ipsum:ibo ut hoc condam:domum.
Euclio senex. Liconides adolescens.
Erii:interii:occidi:quo curram:quo nunc curram:
p Tene tene quem. quis. nescio nihil uideo:cæcus eo. atq;
Equidem quo eam:aut ubi sim:aut qui sim
Nequeo cum animo certum iuestigare. obsecro uos ego mihi auxilio
Oro obtestor sitis:& hominem demonstretis qui eam abstulerit:
Qui uestitu & creta ocultant sese:atq; sedent quasi sint frugi.
Quid ais tu:tibi credere certum est:nã esse bonum & uoltu cognosco.
Quid est. quid ridetis:noui omnes:scio fures esse hic complures.

Hem nemo habet horum:occidisti.dic igitur quis habet.nescis.
Heu me miserum miserum:perii male perditus:pessime ornatus eo
Tamen gemiti & mali molestiæ hic dies mihi obtulit famē & paupiē.
Perditissimus ego sum omnium in terra:
Nam quid mihi opus est uitā.qui tantum auri
Perdidi quod custodiui sedulo egomet me fraudaui.
Animumq; meum:geniumq; meum:nunc eo alii lætificantur
Meo malo & damno.pati nequeo.

Li. Q uinam homo hic ante ædis nostras eiulans:cōqueritur mœrens:
Atq; hic quidē euclio est:ut opinor.oppido ego interii:palāt res.
Scit peperisse iam ut ego opinor filiam suam.nec mihi incertum est.
Q uid agā.abeā an maneā.an adeā:an fugiā:qd agam edepol nescio.

Euclio senex. Liconides adolescens.

q Vis hic loquitur. Li.ego sum.Eu.imo ego sum miser
Et misere perditus:cui tanta mala mœstitudoque obtigit

Li. Aio bono es.eu.quo obsecro pacto eē possū.li.qa istuc facinus q; tuū.
Sollicitat animū id ego feci & fateor.eu.quid ego ex te audio.

Li. Id quod uerum est.eu.quid ego emerui adulescens mali.
Q uāobrem ut faceres meq; meosq; perditum ires liberos.

Li. Deus mihi impulsor fuit.is me ad illam illexit.eu.quo modo.

Li. Fateor me peccauisse:& me culpam commeritum scio.
Id adeo te oratum aduenio:ut aio æquo ignoscas mihi.

Eu. Cur id ausus facere:ut id quod non tuum esset tangeres.

Li. Q uid uis fieri.factum illud fieri infectum non potest.
Deos credo uoluisse:nam ni uellent non fieret scio.

Eu. At ego deos credo uoluisse ut apud te me in neruo enecem

Li. Ne istuc dixi.eu.qui tibi ergo meam me inuito tactio est.

Li. Quia uini uitio atq; amoris feci.eu.homo audacissime.
Cum istac in te oratione huc ad me adire ausin impudens.
Nam si istuc ius est ut tu istuc excusare possies.
Luce clara deripiamus aurum matronis palam:
Post id si prēfi simus excusemus ebrios
Nos fecisse amoris causa:nimis uilest uinum atq; amor.
Si ebrio atq; amanti impune facere quod lubeat licet.

Li. Quin tibi ultro supplicatum aduenio ob stulticiam meam.

Eu. Non mihi homines placent:qui quando malefecerunt purgant
Tu illam scibas non tuam esse:non attactam oportuit.

Li. Ergo quia sum tangere ausus haud causificor quin eam
Ego habeam potissimum.eu.tun habeas me inuito meam.

Li. Haud te inuito postulo:sed meam esse oportere arbitror.

Quin tu eam inuenies inq̃ meam illam esse oportet euclio.
Eu. Nisi refers. Li. quid tibi ergo referam. eu. q̃ subripuisti meum
Iam quidem ad prætorem hercle te rapiam: & tibi scribam dicam.
Li. Subripui ego tuum: unde. aut quid est. eu. ita te amabit iuppiter.
Vt tu nescis. li. nisi quidem tu mihi quid quæras dixeris.
Eu. Aulam auri in quã te reposco q̃ tu confessus mihi
Te abstulisse: Li. neque edepol dixi neq̃ feci. eu. negas.
Li. Pernego. immo neq̃ ego aurum: neque istæc aula quæ sciet
Scio. nec noui. eu. illam ex sylu ani luco q̃ abstuleras eedo,
I refer dimidiam tecum potius partem diuidam.
Tametsi fur mihi es: molestus non ero furi: refer.
Li. Sanus tu non es: qui furem me uoces. ego te euclio
De alia re resciuisse censui: quod ad me attinet.
Magna est res quam ego tecum ocioſe si ocium est cupio loqui.
Eu. Dic bona fide tu id aurum non subripuisti. li. bona non.
Eu. Istuc quoq̃ bona. atq̃ id scies quod abstulerit.
Neque scis qui abstulerit mihi indicabis. li. faciam. eu. neque partem
Tibi ab eo cui est indipisces. neque furem excipies.
Li. Ita. eu. id fallis. li. tum me faciat quod uolt magnus iuppiter.
Eu. Sat habeo: age nunc loquere quid uis. li. si me nouisti minus
Genere quo sim gnatus. hic mihi est megadorus auonculus
Meus fuit pater antimachus. ego uocor lyconides.
Mater est eunomia. eu. noui genus. nunc quid uis? li. id uolo
Noscere. filiam ex te tu abes. eu. immo ec illam domi.
Li. Iam tu despondisti opinor meo auunculo. eu. omnem rem tenes
Li. Is me nunc renunciare repudium iussit tibi.
Eu. Repudium rebus paratis: atq̃ exornatis nuptiis?
Vt illum di immortales omnes: quantum est perdiunt
Quem propter hodie auri tantum perdidi infelix miser.
Li. Bono animo es: & bene dice: nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene feliciterque uortat: ita di faxint. inquito.
Eu. Ita di faciant. li. & mihi ita di faciant. audi nunc iam.
Qui homo culpam admisit in se: nullus est tam parui præcii
Quin pudeat: quin purget sese nunc te obtestor euclio.
Vt quod ego erga te imprudens peccaui aut gnatam tuam
Vt mihi ignoscas: eamq̃ uxorem mihi des ut leges iubeant.
Ego me iniuriam filiæ fecisse fateor tuæ
Cereris uigiliis per uinum atq̃ impulsu adoloscentiæ.
Hei mihi quod facinus ex te ego audio. li. curro in uias
Eu. Quem ego auom feci iam ut esses filiæ nuptiis.

Nã tua gnata peperit decumo mense post. numerum cape.
Ea re repudium remisit auonculus causa mea.
Intro exquere sit ne ita ut ego prædico. Eu. perii oppido
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se ad glutinant.
Ibo intro ut quid huius ne sit sciam. Li. iam te sequor.
Hæc propemodum iam esse in uado salutis res uidetur.
Hunc seruum esse ubi dicam meum strobilum: non reperio.
Nisi etiam hic opperiar tamen paulisper: postea intro hunc subsequar.
Nunc interim spacium ei dabo exquirendi.
Meum factum ex gnatæ pedisse qua nutrice an uera nouit.

Strophilus. Liconides.

Str. Ii immortales quibus & quantis me donatis gaudiis.
d Quadrilibrem aulam auro onustã habeo. quis me est diuitior.
Quis me athenis nũc magis qsq̃ est homo cui dii sint ppitii.
Certo enim ego uocem hic loquentis modo me audire uisus sum
Here ne ego aspicio meum. Li. uideo ego nunc strobilũ seruum meũ.
Str. Ipsus est. Li. haud aliud est. str. cõgrediar. Li. contollã gradum
Credo ego illum ut iussi eampse anum adisse huius nutricẽ uirginis:
Str. Quin ego illum inuenisse dico hanc prædam atq; eloquar.
Igitur orabo ut manu me mittat: ibo atq; eloquar.
Reperi. Li. quid reperisti. str. non quod pueri clamitant
In faba se reperisse. Li. iamne autem ut soles delusis.
Str. Here mane: eloquar: iam ausculta:
Li. Age ergo loquere: str. repperi hodie here diuitias nimias.
Li. Vbi nam. str. quadrilibrem inquã aulam auri plenã
Li. Quod ego facinus audio ex te: str. euclioni huic seni subripui.
Li. Vbi id aurum. str. in arca apud me: nunc uolo me emitti manu.
Li. Ego ne te emittam manu scelerum cumulatissime.
Str. Abi here: scio quam rem geras:
Lepide hercle animum tuum tẽtaui: iam ut eriperes apparabas.
Quid faceres si reperissem. Li. non potes probasse nugas.
Redde aurũ. str. reddam ego aurum. Li. redde inquam.
Vt huic reddatur. str. ah unde.
Li. Quod mõ fassus es eẽ in arca. str. soleo hercle ego garrire nugas
Ita loquor. li. at scin quomodo. str. uel hercle eneca:
Nunquam hinc feres a me

Imperfecta fabula.

Captiui duo. Comedia quarta.

Aptus est in pugna egionis filius.
Alium quadrimum fugiens seruus uendidit
Pater captiuos cõmercatur alios.

Cap.

Tantum studens ut natum recuperet
Et inibi emit olim amissum filium.
Is suo cum domino ueste uersa ac nomine
Vt amittatur fecit:ipsus plectitur.
Et is reduxit captum & fugitiuum simu l
Inditio cuius alium agnoscit filium.

Prologus.

Os quos uidetis stare hic captiuos duos.
Illi qui stant:hi stant ambo:non sedent.
Vos:uos mihi testes me uerum loqui:
Senex qui hic habitat egio est huius pater.
Sed is quo pacto seruiat suo sibi patri:
Id ego hic apud uos proloquar si operam datis
Seni huic fuerunt filii nati duo.
Alterum quadrimū puerum seruus subrupuit.
Eumq; hinc profugiens uendidit in aulide
Patri huiusce:iam hoc tenetis:optumum est.
Negat hercle ille ultimus:accedito.
Si non ubi sedeas locus est:est ubi ambules.
Quando histrionem cogis mendicarier
Ego me tua causa ne erres:nō rupturus sum
Vos qui potestis ope uestra censerier
Accipite reliquom:alieno uti nihil moror.
Fugitiuus ille ut dixeram ante huius patri.
Domo quē profugiens dominum abstulerat uendidit.
Hic postquā hunc emit dedit eum huic gnato suo
Peculiarem:quia quasi una ætas erat.
Hic nunc domi seruit suo patri:nec scit pater.
Est uero dinos:quasi pilas homines habens:
Rationem habetis quo modo unum amiserit.
Postquam belligerant ætoli cum aulidis
Vt fit in bello capitur alter filius.
Medicus menarcus emit ibidem in aulide.
Cœpit captiuos commercari hic alios.
Si quem reperire posset cum quo mutet suum.
Illum captiuom hunc suū esse nescit qui domist.
Et quoniam heri inde audiuit de summo loco.
Summoq; genere captum equitem alium.
Nihil precio parsit filio dum parceret.
Reconciliare ut facilius posset domum.

Emit hoſce de præda:ambos de quæſtoribus
Hiſce autem inter ſeſe confinxerunt dolum
Quo pacto hic ſeruus ſuum herum hinc amittat domum
Atq; inter ſe commutant ueſtem & nomina.
Illic uocatur philocrates:hic tyndarus
Huius illic.hic illius:hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam.
Et ſuum herum faciet libertatis compotem.
Eodemque pacto fratrem ſeruabit ſuum.
Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem.
Imprudens.itidem & ſæpe iam in multis locis
Plus inſciens quid fecit:quam prudens boni.
Sed inſcientes ſua ſibi fallacia
Ita compararunt & confinxerunt dolum.
Itaque hi commenti de ſua ſententia.
Vt in ſeruitute hic ad ſuum maneat patrem.
Ita nunc ignorans ſuo ſibi ſeruit patri
Homunculi quanti ſunt quum recogito!
Hæc res agetur nobis.uobis fabula
Sed etiam eſt paucis uos quod monitos uoluerim.
Profecto expediet fabulæ huic operam dare
Non pertractate facta eſt:neq; item ut cæteræ:
Neque ſpurcidici in ſunt uerſus immemorabiles.
Hic neque periurus leno eſt:nec meretrix mala:
Neque miles glorioſus.eſſe ne uereamini:
Quia bellum ætolis dixi cum aulidis.
Foris illic extra ſcenam fient prœlia.
Nam hoc pene iniquomſt comico choragio
Conari de ſubito:tontos agere tragœdiam.
Proin ſi quis pugnam expetat lites contrahat
Valentiorem nactus aduerſarium.
Si erit ego faciam ut pugnam inſpectet non bonam.
Adeo ut ſpectare poſtea omnis oderit.
Abeo.ualete iudices iuſtiſſimi
Domi bellique duellatores optimi

Paraſitus.

Vuentus nomen indidit ſcorto mihi:
Ego quia inuocatus ſoleo eſſe in conuiuio.
Scio abſurde dictum hoc deriſores dicere.
At ego dico recte:nam ſcortum in conuiuio

Sibi amator talos quum iacit inuocat.
Est ne inuocatum an non? planissume:
Verum hercle uerum nos parasiti planius
Quos nunquam quisquam neque uocat: neque inuocat
Quasi mures semper edimus alienum cibum.
Vbi res prolatæ sunt quum rus homines eunt.
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Quasi quum caletur cocleæ in occulto latent:
Suo sibi suco uiuont rosi non cadit.
Item parasiti rebus ploratis latent.
In oculto miseri uictitant suco suo:
Dum ruri rurant homines: quos liguriant.
Prolatis rebus parasiti uenatici canes
Sumus. quando rure redierunt molossici.
Odiosique: & multum incomodestici
Et hic quidem hercle nisi qui colaphos perpeti
Potest parasitus: frangi quæ aulas in caput.
Vel ire extra portam trigeminam ad sacculum licet
Quod mihi ne eueniat nonnullum periculum est.
Nam postquam meus rex est potitus hostium.
Ita nunc belligerant ætolicum aulidis.
Nam ætolia hæc est illic est captus in aulide.
Philopolemus huius egionis filius:
Senis qui hic habitat: quæ ædes lamentariæ
Mihi sunt: quas quotienscunque conspicio: fleo:
Nunc hic occepit quæstum hunc filii gratia.
In honestum: & maxime alienum ingenio suo.
Homines captiuos commercatur: si queat
Aliquem inuenire suum quicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam: sed aperitur hostium.
Vnde saturitate sæpe ego exii ebrius.

Egio senex. Ergasilus parasitus. Lorarius.

Duorte animũ scis tu istos captiuos duos:
a Heri quos emi de præda de quæstoribus.
His indito cathenas singularias.
Istas maiores quibus sunt uincti demito.
Sinito ambulare si foris si intus uolent.
Sed uti adseruentur magna diligentia.
Liber captiuus auis fere consimilis est.
Semel fugiendi si data est occasio.

Satis est nunquam post illam possis prendere:
Omnes profecto liberi libentius
Sumus:quam seruimus. Lo.non uidere ita tu quidem
Si non est quod dem:mene uis dem ipse impedes!
Se. Si dederis erit extemplo mihi quod dem tibi.
Lo. Auis me fere consimilem faciam ut prædixisti.
Se. Ita ut dicis:nam si faxis te in caueam dabo.
Sed satis uerborum est.cura quæ iussi:atque abi.
Pa. Quod quidem ego nimis quam cupio ut imperet.
Nam ni illum recipiat:nihil est quo me recipiam
Nulla est spes iuuentutis.sese omnis amant:
Ille demum antiquis est adulescens moribus
Cuius nunquam uoltum tranquillauit gratus
Condigne pater est eius moratus moribus:
Se. Ego ibo ad fratrem:ad alios captiuos meos.
Visam ne nocte hac quippiam turbauerint.
Inde me continuo recipiam rursum domum.
pa. Aegre est mihi hunc facere quæstum carcerarium
Propter sui gnati miseriam miserum senem.
Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest
Vel carnificinam hunc facere possum perpeti.
Se. Quis hic loquitur! P.ego qui tuo mœrore maceror
Macesco.consenesco:& tabesco miser.
Ossa:atque pellis sit miser macritudine.
Neque unquam quicq̃ me iuuat:quod edo domi
Foris aliquantulum etiam quod gusto id beat.
Se. Ergasile salue.er.di te bene ament egio.
Ne fle.Se.ego ne illum fleam!ego ne non deflea m
Talem adulescentem!semper.sensi filio
Meo te esse amicum:& illum intellexi tibi.
Tum denique homnes nostra intelligimus bona
Quum quæ in potestate habuimus:ea amisimus.
Er. Ego postquam gnatus tuus potitus est hostium
Expertus quanti fuerit.nunc desidero.
Se. Alienus quum eius incommodum tam ægre feras
Quid me patrem par facerest cui ille est unicus.
Er. Alienus ego alienus ille!ah egio
Nunquam istuc dixis:neque animum induxis tuum:
Tibi ille unicus est:mihi etiam unico magis unicus.
Se. Laudo malum quum amici tuum ducis malum.

Nunc habe bonum animum.pa.heu.Se.huic illud dolet.
Quia nunc remissus est edendi exercitus:
p. Nullum ne interea nactus qui posset tibi
Remissum quem dixti imperare exercitum.
S. Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam.
p. Quod obtigerat.postq̃ captus philopolemus tuus.
S. Non pol mirandum est fugitare hanc prouinciam.
p. Multis & multigeneribus opust tibi
Militibus:primo dum opus est pistorensibus
Eorum sunt aliquot genera pistorensium.
Opus paniceis est:opus placentinis quoque
Opus turdetanis:opust ficedulensibus.
Iam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
S. Vt sæpe summa ingenia in occulto latent.
Hic qualis imperator nunc priuatus est:
Habe modo bonum animum:nam illum cõfido domum
In his diebus me reconciliascere.
Nam eccum hic captiuum adulescentem alium
Prognatum genere summo & summis diuitiis.
Hoc illum me mutare confido fore.
p. Ita di deæq; faxint.S.sed num quo foras
Vocatus ad cœnam? nusquam quod sciam.
Sed quidum id quæris? quia mihi est natalis dies
Propterea te uocari ad cœnam uolo.
p. Facete dictum.S.sed si pauxillum potes
Contentus esse.P.næ per pauxillum modo
Nam istoc me assiduo uictu delecto domi.
S. Agesis roga.emptum nisi quis meliorem adfert
Quæ mihi:atq; amicis placeat conditio magis
Quasi fundum uendam:meis me addicam legibus
p. Proh fundum uendis.S.tu quidem haud fundum mihi
Sed si uenturus: tempori.p.æmulis iam ocium est
S. I modo:uenare leporem:nunc itym tenes.
p. Non meus scruposam uictus commeat uiam.
Nunquam istoc uinces me egio:ne postules
Cum calceatis dentibus ueniam tamen
S. Asper meus uictus sane est: sentis ne? hæsitas
Terrestris cœna est.p.sus terrestris bestia est.
S. Multis oleribus.p.curato ægrotos domi.
Nũ quid uis? S.uenias tempori.p.memorem mones

S. Ibo intro:atq; intus subducam ratiunculam.
Quantulum argenti mihi apud trapezitam.siet
Ad fratrem quo ire dixeram:mox iero.
Lorarius.philocrates.tindarus.Captiui
I immortales id uoluerunt uos hanc erumnam exequi
d Decet id pati animo æquo:si id facietis leuior labos erit.
Domi fuistis credo liberi.
Nunc seruitus si euenit:ei uos morigerari mos bonust.
Eamq; & herili imperio ingeniis uostris leuem reddere.
Indigna digna habenda sunt hærus quæ facit.Ca.ohohoh
L. Eiulatione haud opus est multa oculis multa misera editis
In re mala animo si bono utare adiuuat.
Ca. At nos pudet quia cum cathenis sumus.L.at pigeat postea
Nostrum herum:si uos eximat uinculis:
Aut solutos sinatq;:quos argento emerit:
Ca. Quid a nobis metuit?scimus nos.
Nostrum officium quod est si solutos sinat
L. At fugam fingitis:sentio quam rem agitis.
Ca. Nos fugiamus?quo fugiamus?L.in patriam.Ca.apage
Haud nos deceat fugitiuos imitari.L.immo edepol.
Si erit occasio haud dehortor.
Ca. Vnum exorare uos sinite nos.L.quidnam id est?Ca.ut sine hisce
Arbitris atq; uobis nobis detis locum loquendi.
L. Fiat.abscedite hinc.nos concedamus huc:sed breuē orationē icipesse.
p. Hem istuc certum erat.concede huc.Lo.abite abistis.
p. Obnoxii ambo uobis sumus ppter hanc rem quū quæ uolumus nos
Copia est ea facitis nos compotes:
Secede huc nunc iam si uidetur.procul,
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.
Ne ue permanet palam hæc nostra falacia:
Nam doli non doli sunt ni astu colas.
Sed malum maximum:si id palam prouenit.
Nam si herus mihi es tu:atq; ego me tuum esse seruum assimulo.
Tamen uiso opust:cauto est opus:ut hoc sobrie sineq; arbitris
Accurate hoc agatur:docte & diligenter.
Tanta incepta res est:haud somniculose hoc
Agendum est.t.ero ut me uoles esse.p.spero.
Nam tu nunc uides pro tuo caro capite
Carum offerre meum caput uilitati.
T. Scio.P.at scire memento quando id q; uoles habebis.

Nam fere maxima pars morem hunc hoīes habent:q̃ ſibi uolunt
Dā id impetrant boni ſūt:ſed id ubi iam penes ſeſe habēt
Ex bonis peſſimi & fraudolentiſſimi
Sunt.nunc ut mihi te uolo eſſe autumo.
Quod tibi ſuadeam:ſuadeam meo patri.
Pol ego ſi te audeam:meum patrem nominem:
Nam ſecundum patrem tu es pater proximus.
T. Audio.p.& propterea ſæpius te ut memineris.moneo:
Non ego herus tibi ſed ſeruus ſū:nunc obſecro te hoc unum
Quoniam nobis di immortales animum oſtenderunt ſuum:
Vt qui herum me tibi fuiſſe atq̃ eſſe nunc conſeruum uelint:
Quod antehac p iure iperitabā modo:nūc te oro per precē:
Per fortunā incertam:& per mei te erga bonitatē patris:
Perq̃ conſeruitium commune:quod hoſtica euenit manu.
Ne me ſecus honore honeſtes:q̃ ego te quum ſeruiebas mihi:
T. Atq̃ qui fueris:& q nunc ſis meminiſſe ut memineris.
Scio quidem me te eſſe nunc:& te eſſe me.P.hem iſtuc ſi potes
Memoriter meminiſſe ineſt ſpes nobis in hac aſtutia.

Egio ſenex.philocrates. Tindarus.

Eg. i Am ego reuertar intro ſi ex his quæ uolo exqſiuero
Vbi ſunt iſti quos ante ædis iuſſi huc pduci
Foras!p.edepol tibi ne q̃ſtioni eſſemus cautū intelligo
Ita uinclis:cuſtodiiſq̃ circūmuniti ſumus.
Eg. Qui cauet ne decipiatur:uix cauet quū etiam cauet:
Etiam quū cauiſſe ratus eſt:ſæpe is cautor captus eſt.
An uero non iuſta cauſa eſt:ut uos ſeruē ſædulo.
Quos tam grandi ſim mercatus præſenti pecunia.
ph. Neq̃ pol tibi nos quia nos ſeruas æquum ſtultitiæ uertere
Neq̃ te nobis ſi abeamus hinc:ſi fuat occaſio.
Eg. Vt uos hic:itidem illic apud uos meus ſeruatur filius.
ph. Cap:us eſt.Eg.ita.ph.non igitur nos ſoli ignaui ſumus:
Eg. Secede huc:nam ſunt quæ exte ſolo ſcitari uolo
Quarum rerq̃ te falſiloquum mihi eſſe nolo.ph.non ero
Quod ſciam.ſi quid neſciui id neſciū tradam tibi.
Eg. Nunc ſenex eſt in tonſtrina.nunc iam cultros attinet.
Ne id quidem inuolucre iniicere uoluit:ueſtem ut ne inquinet.
Sed utrum ſtrictim ne adtonſurū dicā eſſe: an perpectinem.
ph. Neſcio:uerq̃ ſi frugieſt uſq̃ admutilabit probe.
Eg. Quid tu ſeruus ne:eſſe an liber mauelis.memora mihi.
ph. Proximū quod ſit bonum:quodque a malo longiſſime.

Id uolo quanq̃ non multum fuit molesta seruitus.
Nec mihi secus erat: q̃si essem familiaris filius.
Eg. Euge pol thalem talento non emam milesium.
Nam ad sapientiam huius nimius nugator fuit
Vt facete orationem adseruitutem contulit:
Quo de genere natus illic philocrates? Ph. polyplusio.
Quod genus illic est unum polens atq; honoratussumum.
Eg. Quid ipsus hic quo honore est illic. ph. sũmo atq; ab sũmis uiris.
Eg. Tum igitur ei quum in aliis tanta gratia est ut prædicas
Quid diuitiæ. sunt ne optumæ. ph. unde excoquat seuũ senex.
Eg. Quid pater uiuit ne. ph. uiuum quum inde abiimus liqmus:
Nunc uiuat nec ne id orcum scire oportet scilicet.
Eg. Salua res est: philosophatur quoq; iam nõ mendax modo est.
Quod erat ei nomen. ph. thesauro chrysonico crisydes.
Eg. Videlicet propter diuicias inditũ id nomen q̃si est.
ph. Immo edepol ꝓpter auaritiam ipsius atq; audaciam,
Nam illi qdem theodoromedes fuit germano nomine.
Eg. Quid tu ais. tenax ne pater est eius. ph. immo edepol pertinax.
Quin etiam ut magis noscas: genio suo ubi q̃do sacruficat.
Ad rem diuinam quibus est opus saniis uasis utitur.
Ne ipse genius surripiat: proinde aliis ut credat uide
Eg. Sequere hac me igitur: eadem ego ex hoc quæ uolo exquisiuero.
Philocrates hic fecit hominem frugi ut facere oportuit.
Nam ego ex hoc quo genere natus scio sis: hic fassus est mihi.
Hæc tu eadem confiteri uis? tua re feceris.
Quæ tamen scito scire me ex hoc. t. fecit officium hic suum
Quum est tibi confessus quem uolui sædulo
Meam nobilitatem occultare & genus & diuitias meas.
Egio nunc quando patriam & libertatem perdidi:
Non ego istuc me potius quam te metuere æquum censeo.
Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.
Memini quum dicto haud audebat: facto nũc lædat licet.
Sed uiden. fortuna humana fingit artatq; ut lubet.
Me qui liber fueram seruom fecit: e summo infimũ.
Qui imperare insueram: hinc alterius imperio obsequor:
Equidem si proinde ut ipse fui imperator familiæ.
Habeã dominũ nõ uerear: ne iniuste aut grauiter mihi impet:
Egio hoc te monitũ nisi forte ipse non uis uolueram.
Loquere audacter. t. tã ego fuiante liber q̃ gnatus tuus.
Eg. Tam mihi q̃ illi libertatem hostilis eripuit manus.

Tam ille apud nos seruit: quam ego nunc hic apud te seruio.
Est pfecto deus qui quæ nos gerimus auditq; & uidet.
Is uti tu me hic habueris: pinde illum illic curauerit.
Bene merenti bene profuerit: male merenti par erit.
Quam tu filium tuum: tam pater me meus desiderat.
Eg. Memini ego istoc: sed fateri in eadē q̄ hic fasus est mihi.
T. Ego patri meo esse fateor summas diuitias domis.
Neq; summo genere gnatū: sed te obtestor egio:
Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.
Ne patri tametsi unicus sum decere uideatur magis.
Me saturum seruire apud te sumptu & uestitu tuo.
Potius q̄ illic ubi minime honestust mēdicātem uiuere.
Ego uirtute deum & maiorum nostrū diues sū satis.
Eg. Non ego omnino lucrū omne esse utile homini existimo.
Scio ego multos iā lucrū luculentos homines reddidit.
Est etiam ubi pfecto damnū præstet facere quā lucrum:
Odi ego aurū: multa multis sæpe suasit perperam.
Nunc hoc animum aduortite: ut ea q̄ sentio pariter sciatis:
Filius meus illic apud uos seruit captus aulide.
Eū si reddis mihi præterea unum nūmū ne duis.
Et te & hunc amittam hinc: alio pacto abire non potes.
T. Optimum: atq; æquissimū oras: optumusq; hominū ex homo
Sed is priuatam seruitutem seruit illic: an publicam.
Eg. Priuatam medici menarchi. T. pol hic qdem huius est cliens:
Tā hoc quidē tibi in procliui quā imber est quando pluit.
Eg. Facis homo ut redimat. T. faciā: sed te id oro egio.
Eu. Quid uis dum ab re ne qd ores: faciā. T. ausculta tu scies.
Ego me amitti: donicū ille huc redierit: non postulo.
Verū te q̄so ut æstimatū hūc mihi des quē mittā ad patrem.
Vt is homo redimatur illic. Eg. imo aliū potius misero
Hinc ubi erunt indutiæ: illuc tuum qui conueniat patrē:
T. Qui tua quæ tu iusseris mandata ita ut uelis proferat.
At nihil est ignotum ad illum mittere: operam luseris:
Hunc mitte. hic omne transactū reddet si illuc uenerit:
Nec quenq̄ fideliorem: neq; cui plus credat potes
Mittere ad eum. nec qui magis sit seruus ex sententia
Neque adeo quoi suum concredat filiū hodie audacius.
Ne uereare: meo periclo huius ego experiar fidem.
Fretus ingenio eius: q̄ me esse scit erga sese beniuolum.
Eg. Mittam equidem istū æstimatū tua fide si uis. T. uolo.

Quam citissime potest tam hoc cedere ad factum uolo.
Eg. Num quæ cãrp est.qn:si ille huc non redeat;uiginti minas
Mihi des p illo? T.optumẽ imo.Eg.soluite istũ nunc iam
Atq; utrunq;.T.di tibi omnis omnia optata ferant.
Quũ me tãto honore honestas:quũq; ex uinclis eximis:
Hocqdẽ haud molestunst iã quod collus collaria caret
Quod bonis benefit beneficiũ grã ea grauida est bonis:
Eg. Nũc tu illum si illo es missurus dice.demonstra:præcipe:
Quæ ad patrẽ uis nũciari:uin uocẽ huc ad te.T.uoca.

Egio.Philocrates.Tindarus.

Eg. Væ res bene uortat mihi meoq; filio:
q Vobis quæ uolt te nouus herus operam dare
Tuo ueteri domino:quod is uelit fideliter.
Nam ego te æstumatum huic dedi uiginti minis
Hic autem te ait mittere hinc uelle ad patrem
Meum ut illic redimat filium:mutatio
Inter me atq; illum ut nostris fiat filiis
ph. Vtroq; uorsum rectunst ingenium meum;
Ad te atq; ad illum prorota me uti licet:
Vel ego huc uel illuc uortar:quo imperabitis.
Eg. Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimũ:
Quum seruitutem ita fers ut ferri decet:
Sequere.en tibi hominem.T.gratiã habeo tibi.
Quum copiam istam mihi & potestatem facis
Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium.
Qui me quid rerum agitem:& qd fieri uelim
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me atq; hunc tindare
Vt te æstimatum in aulidem mittam ad patrem.
Si non redeas huc ut uiginti minas
Dem pro te.ph.recte conuenisse sentio.
Nam pater expectat aut me aut aliquẽ nuncium
Qui hinc ad se ueniat.T.ego animũ aduortas uolo
Quæ nunciare hinc te uolo in patriam ad patrẽ.
ph. Phylocrates ut adhuc locorum feci faciam sædulo:
Vt potissimũ quod in rem recte conducat tuam.
Id petã id persequarq; corde & animo:atq; uiribus:
T. Facis ita ut te facere oportet:nũc animũ aduortas uolo.
Omnium primum salutem dicito matri & patri.
Et cognatis:& quem alium bene uolentem uideris.

Me hic ualere & seruitutē seruire huic homini optumo.
Qui me honestiorem honore semper fecit & facit.
ph. Istuc non præcipias: facile memoria memini. T. tamen.
Nam quidem nisi quod custodem habeo liberum me esse arbitror:
Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio. ph. quæ memini mora mera est monerier
Vt eum redimat: & remittat huc nostrum amboꝝ uicem.
Meminero. Eg. at q̄ primū poteris: istuc in rem utriquest maxime:
ph. Non tuū tu magis uidere: q̄ ille suum gnatum cupit.
Eg. Meus mihi: suus cuiq; est carus. ph. nū quid aliud uis patri nūciari?
T. Me hic ualere: & tu te audacter dicito tindare inter nos fuisse
Ingenio haud discordabili. neque te cōmeruisse culpam:
Neq; me aduorsatum tibi beneq; hero gessisse morem.
In tantis ærumnis tamen neq; me unquā deseruisse te
Neq; factis: neq; fide: rebus in dubiis egenis: hoc pr̄ quando sciet.
Tindare ut fueris aiatus erga suum gnatum: atq; se:
Nunq̄ erit tam auarus quin te gratus emittat manu.
Et mea opera si hinc redibo faciam ut faciat facilius.
Nam tua opera & comitate & uirtute & sapientia
ph. Fecisti ut redire liceat ad parentis denuo:
Quū apud hunc confessus es & genus & diuitias meas.
Quo pacto emisisti e uinculis tuum herum tua sapientia.
Feci ego ista ut cōmemoras & te meminisse id gratū est mihi:
Merito tibi ea euenerunt a me: nam nūc philocrates
Si ego item memorē quæ me erga multa fecisti bene
Nox diem adimat. nā si seruus meus esses nihilo secius
Mihi obsequiosus semp fuisti. Eg. di uestrā fidē hominum ingenium
Liberale ut lachrymas excutiunt mihi: uideas corde
Amare inter se quantis laudibus suum herꝝ seruus
Collaudauit. ph. pol istic me haud centesmā partem
Laudat: quam ipse meritus est ut laudet laudibus
Eg. Ergo quum optume fecisti: nunc adest occasio:
Benefacta cumulare: ut erga hunc rem geras fideliter.
ph. Magis non factum possum uelle: quā opera experiar persequi
Id ut scias iouem supremum testem do egio
Me infidelem non futurꝝ philocrati. Eg. pbus es homo.
ph. Nec me secus unq̄ ei factuꝝ quicq̄ q̄ memet mihi.
T. Istæc dicta te experiri & opera & factis uolo
Et quod minus dixi q̄ uolui de te animum aduortas uolo.
Atq; horum uerborum causa caueto mihi iratus fuas.

Sed te quæso cogitato:hinc te mea fide mitti domum
Te æstimatum:& meam esse uitam hic pro te positam pignori.
Ne tu me ignores.quum extemplo meo e conspectu abscesseris.
Quum me seruom in seruitute pro te hic reliqueris.
Tuque te pro libero esse pignus desideras.
Atq; des operam pro me:ut huius reducem facias filium.
Scito te minis uiginti æstumatum mittier.
Fac fidelis sis fidelii:caue fidem fluxam geras:
Nam pater scio faciet quæ illum facere oportet omnia.
Serua tibi imperpetuum amicum me:atq; hunc inuentũ inueni
Hæc per dexteram tuam te dextera retinens manu
Obsecro infidelior mihi ne fuas q̃ ego sum tibi
Tu hoc age:mihi herus nunc es:tu patronus:tu pater.
Tibi commendo spes opesq; meas.Phi.mãdauisti satis.
Satin habes:mandata quæ sunt:facta si refero! T.satis.
ph. Et tua huc ornatus reueniam ex sententia!
Nunquid aliud! T.ut q̃primum possis redeas.ph.res monet
Eg. Sequere me uiaticum ut dem a trepezita tibi.
Eadem opera a prætore sumas syngraphum. T.quẽ syngraphum!
Eg. Quem hic ferat secum ad legionem hinc ire huic ut liceat domum
Tu intro abi. Te. bene ambulato.ph.bene uale.Eg.edepol rẽ meam
Constabiliui quum illos emi de præda a quæstoribus:
Expediui ex seruitute filium si dis placet.
Ac etiam dubitaui hos homines emerem an non emerem diu.
Seruate istum sultis intus seruí:ne quoquã pedem
Efferat sine custode:ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captiuos alios inuiso meos
Eadem percontabor ecquis adolescentem nouerit!
Sequere te ut amittam ei rei primum præuorti uolo.

Parasitus.

Iser homo ẽ q ipse sibi quod edit quærit:& id ægre inuenit
m Sed ille est miserior:qui & ægre quærit:& nihil inuenit.
Ille miserrimus est qui quũ esse cupit:quod edat:non habet:
Nam herele huic diei si liceat oculos effodiam libens:
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neque ieiuniosiorem:neque mãgis effractum fame
Vidi:ne cui minus procedat quiequid facere occeperit.
Itaq; uenter guttur que resident:esuriales ferias
Licet parasiticæ arti maximam malam crucem.
Ita iuuen:us iam ridiculos inopesq; ab sese segregat.

Nihil morantur iam lacones imi subsellii uiros
Plagipatidas: quibus sunt uerba sine penu & pecunia.
Eos requirunt qui libenter quum ederint redant domi:
Ipsi obsonant quæ parasitorum ante erat prouincia.
Ipsi de foro tam operto capite ad leones eunt.
Quam in tribu operto capite sontes condēnant reos.
Neq; ridiculos tam terrunci faciunt. sese omnes amant:
Nam ut dudum hinc abii accessi ad adolescentes in foro.
Saluete inq̄. quo imus una inq̄ adprandium atq; illi tacent.
Quis ait hoc? aut quis profitetur inquā. quasi muti silent
Neq; me rident. ubi cœnamus inquā. atq; illi abnuunt
Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus
Quibus solebam mestruales epulas ante adipiscier.
Nemo ridet: sciui extēplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatam uoluit quisquā imitarier:
Saltem si non arriderent dentes ut restringerent.
Abeo ab illis. postq̄ uideo me sic ludificarier.
Pergo ad alios: uenio ad alios: deinde ad alios: una res.
Omnes compacto rem agunt quasi: in uelabro olearii.
Nunc redeo inde quum me tibi uideo ludificarier.
Item alii parasiti frustra obābulabant in foro.
Nunc barbarica lege certūst ius meū omne persequi.
Qui conciliū iniere quo nos uictu & uita prohibeant:
His diem dicam. irrogabo mulctam ut mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent: quum cara ānona sit: sic egero:
Nunc ibo ad portū hinc: est illic mihi una spes cœnatica.
Si ea decollabit. redibo huc ad senem ad cœnam asperā.

Egio.

Vidē suauius q̄ bene rē gerer bono publico sicut ego feci heri
q Quum emi hosce homines. ubi quisq̄ uident eunt obuiam
Gratulantur eam rem: ita me miserum restitando.
Retinendoq; lassum rediderunt.
Vix ex gratulando miser iam eminebam.
Tandem abii ad prætorem: ibi uix requieui:
Rogo syngraphū. datur mihi illico de tyndaro: ille abiit domum.
Inde illico præuortor domū postq̄ id actum est.
Eo protinus ad fratrem inde abii: mei ubi sunt alii captiui
Rogo: phylocratem, exaulide ecquis omnium
Nouerit. hic exclamat eum sibi esse sodalem.
Dico eum esse apud me: hic extemplo orat: obsecratque.

Eum ſibi ut liceat uidere: iuſſi illico hunc exolui.nũc tu ſequere me.
Vt quod me orauiſti impetres.eum hominem ut conuenias.

Tindarus

Vnc illud eſt quum me fuiſſe:q̃ eſſe:nemo mauelim.
n Nunc ſpes.opes:auxiliaq; a me ſegregant ſpernuntq; me.
Hic ille eſt dies:quum nulla uitæ meæ ſalus ſpabilis eſt mecũ:
Neq; exilium exitio eſt:neq; adeo ſpes quæ mihi hunc aſpellat.
Nec mendaciis ſubdolis mihi uſq̃ mantellum eſt meis.
Nec ſycophantiis:nec fucis ullum mantellum obuiam eſt.
Neq; precatio perfidiis meis:nec malefactis fuga eſt.
Nec confidentiæ uſq̃ hoſpitium eſt:nec diuerticulum dolis.
Operta quæ fuere aperta ſunt:patent præſtigie.
Omnis res palam eſt:neq; de hac re negocium eſt
Q uin male occidam:oppetãq; peſtem:heri uicem meãq;.
Perdiditq; me ariſtophontes hic qui uenit modo intro.
Is me nouit:is ſodalis philocrati & cognatus eſt.
Neq; iam ſalus ſeruare ſi uolt me põt:nec copia eſt.
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.
Quam malum! quid machiner! quid cõminiſcar maximas
Nugas:ineptias incepiſſe hæreo.

Egio. Tindarus. Ariſtophontes: Colaphus.

Eg. Vo illum nunc hominem pripuiſſe foras ſe dicã ex ædibus!
T. q Nunc enim uero occidi:eunt ad te hoſtes tyndare.
Q uid loquar.qd fabulabor.qd negabo.aut qd fatebor.mihi
Res omnis in incerto ſita eſt:qd rebus confidam meis!
Vtinam te di prius perderent q̃ periſti e patria tua
Ariſtophontes:qui exparata re inparatã rem oẽm facis.
Occiſa eſt hæc res.niſi reperio atrocem mihi aliquã aſtutiã.
Eg. Sequere hem tibi hominem:adi atq; adloquere
T. Quis eſt homo me hominum miſerior!
Ari. Quid iſtuc eſt qd meos te dicam fugitare oculos tindare!
Proq; ignoto me aſpernari quaſi me nunq̃ noueris!
Equidem tam ſum ſeruus q̃ tu:& ſi ego domi liber fui
Tu uſq; a puero ſeruitutem ſeruiuiſti in aulide.
Eg. Edepol minime miror his ſi te fugitat:aut oculos tuos.
Aut ſi te odit qui iſtum appelles tindarum.p philocrate.
T. Egio hic homo rabioſſus habi us eſt in aulide.
Ne tu quod iſtic fabuletur auris imittas tuas.
Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem:
Et illic iſti qui ſputatur morbus interdum uenit.

Proin tu ab istoc ꝓcul recedas.eg ultro istum a me. A.ain uerbero
Me rabiosum atq; insectatum esse hastis meum memoras patrem.
Et eum morbum mihi esse ut qui me opus sit insputarier.
Eg. Ne uerere multos istæc morbus homines macerat:
Quibus insputari saluti fuit:atq; iis ꝓfuit:
A. Quid tu autē etiā huic credis. E.qd ego credā huic.a.insanū esse me.
T. Viden tu hunc q̄ inimico uoltu intuetur concedi optumunst.
Egio sic quod tibi ego dixi gliscit rabies caue tibi.
Eg. Credidi esse insanum extemplo ubi te appellauit tindar;
T. Quia suum ipse interdum ignorat nomen:neq; scit qui siet.
Eg. At etiam te suum sodalem esse aiebat. T.audiui.di magni
Et quidem alcinous:atq; orestes & licurgus postea
Vna opera mihi sunt sodales qua iste.a.at etiam furcifer
Male loqui mihi audes.non ego te noui. Eg.pol phanō id quidem est
Non nouisse qui istum appellas tindarum pro philocrate.
Quem uides eum ignoras.illum nominas quē non uides
A. Immo iste eum sese ait qui non est esse:& qui uero est negat.
T. Tu enim repertus philocratem qui superes ueriuerbio.
A. Pol ego ut rem uideo tu inuentus uera uanitudine
Qui conuincas.sed quæso hercle agedum aspice ad me.
T. Hem. A.dic modo.te negas tydarum esse.
T. Nego inquam. A.tu te philocratem esse ais.
T. Ego inquam. A.tu ne huic credis.
Eg. Tibi plus quidem q̄ aut mihi.
Nam ille quidem quem tu memoras esse:hodie hinc abiit aulidem
Ad patrem huius. A.quē patrem qui seruus est. T.& tu quidem
Seruus & liber fuisti & ego me confido fore
Si huius huc reconciliasso in libertatem filium
A. Quid ais furcifer.tun te gnatum memoras liberum.
T. Non equidem me liberum.sed philocratem esse aio. A.quid est
Vt scelestus egio nunc iste ludos facit.
Nam is est seruus ipse neq; præter eum quisq̄ ei seruus fuit.
T. Quia tute ipse eges in patria:nec tibi qui uiuas domist.
Omnis inuenire similes tibi uis:non mirum facis.
Est miserorum ut male uolentes sint:atq; inuideant bonis.
A. Videsis egio:ne quid tu huic temere insistas credere.
Atq; ut perspicio profecto iam aliquid pugnæ edidit.
Filium tuum quod redimere se ait:id ne inquā mihi placet.
T. Scio te id nolle fieri:efficiam tamen ego id si dii adiuuant:
Illum restituam huic:hic autem in aulidem me meo patri

Propterea ad patrem hinc amisi tindarꝰ. A.qn tute is es?
Neq; præter te in aulide ullus seruus istoc nomineſt.
T. Pergin seruom me exprobare esse id qd ui hostiũ obtigit
A. Enimuero iam nequeo contineri. T.heus tu quid agis? quin fugis?
Iam illic hic nos insectabit lapidibus:nisi illum iubes
Conprehendi. A.crutior. T.ardent oculi:funeopus egio:
Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis.
Atra bilis agitat hominem. A.at pol te si hic sapiat senex
Atra pix agitet apud carnificem:tuoq; capiti in luceat.
T. Iam deliramenta loquitur:laruæ stimulant uirum.
Eg. Hercle quid si hunc comprehendi iusserim. T.sapias magis.
A. Crucior lapidem non habere me ut illi mastigiæ
Cerebrum excutiam.qui me insanum uerbis concinat suis.
T. Audin lapidem quæritare. A.solus te solum uolo
Egio.eg.istincloquere siqd uis ,pcul tamen audiam.
T. Nanq; edepol si addites propius:os denasabit tibi
Mordicus. A.neq; pol me insanum egio esse creduis.
Neq; fuisse unquã:neq; esse morbum;quæ istic autumat.
Verum si quid metuis a me:iube me uinciri uolo.
Dum istic itidẽ uinciatur. T.imo enimuero egio:
Istic qui uolt uinciatur.a.tace modo ego philocrates
False faciam ut uerus hodie reperiare tindarus:longius
Quid mihi abnutas. T.tibi ego abnuto.quid agat si absis?
Eg. Quid ais quid si adeam hunc insanum. T.nugas ludificabit:
Garriet:quod neq; pes unq̃ neq; caput compareat.
Armenta absunt:aiacem hunc quum uides ipsum uides.
Eg. Nihil facio:tamen adibo. T.nunc ego omnino occidi.
Nunc ergo:inter sacrum saxumq; sto.nec qd faciã scio
Eg. Do tibi operam aristophontes:si quid est quod me uelis:
A. Ex me audibus uera:quæ nunc falsa opinare egio.
Sed hoc primum expugnare tibi uolo:me insaniam
Neq; tenere:neq; mi esse ullum morbum:nisi quod seruio
At ita me rex deoꝝ atq; hominum faxit patriæ conpotem
Vt istic philocrates non magis estq̃ aut ego aut tu.eg.eho dic mih i
Quis illic igitur est?a.quem dudum dixi a principio tibi.
Hoc si secus reperies:nullam causam dico quin mihi
Et parentum & libertatis apud te deliquio siet.
Eg. Quid tu ais. T.me tuum esse seruum:& te meum herum.
Eg. Haud istuc rogo.fuistin liber. T.fui. A.enim uero nõ fuit nugas ait.
T. Qui tu sis an fortasse fuisti meæ matri obstetrix? qui id tam

Audacter dicere audes. A. pueq; te uidi puer.
T. At ego te uideo maior maiorem. hem rursum tibi meã rem
Non cures si recte facias. num ego curo tua. Eg. fuit ne huic
Pater thesauro chrysonico chrysides. A. non fuit.
Neq; ego istuc nomẽ unq̃ audiui ante hunc diem.
Philocrati theodoromedes fuit pater. T. pereo ꝓbe.
Quin quiescis directum cor meũ: ac suspende te.
Tu sussultas: ego miser uix asto præ formidine.
Eg. Satin istuc mihi exquisitum est fuisse hunc seruũ in aulide.
Neq; esse hunc philocratẽ. A. tam satis q̃ nunquã hoc inuenies secus.
Sed ubi is nunc est. Eg. ubi ego minime atq; ipsus se uolt maxime
Tum igitur ego eruminatus: dearmatus sum miser.
Huius scelesti technis: qui me ut lubitum est ductauit dolis
Sed uidesis. A. quin exploratum dico & prouissum hoc tibi.
Eg. Certon. A. qn nihil unq̃ inuenies magis hoc certo certius.
Philocrates iã inde usque amicus fuit mihi a puero puer.
Eg. Sed qua facie est tuus sodalis philocrates. A. dicã tibi.
Maciléto ore: naso accuto. corpore albo & oculis nigris:
Subrufus aliquantum. crispus cincinatus. Eg. conuenit.
T. Vt quidem hercle in mediũ ego hodie pessume ꝓcesserim.
Ve illis uirgis miseris quæ hodie in tergo morientur meo.
Eg. Verba mihi data esse uideo. T. quid cessatis cõpedes
Currere ad me: meaque amplecti crura: ut uos custodiam.
Eg. Satin me illi hodie scelesti. capti ceperunt dolo.
Illic seruum se assimulabat: hic sese autẽ liberq;.
Nucleum amissi: reliquit pignori putamina.
Ita mihi stolido sursum uersus os subliuere offuciis.
Hic quidem me nunquã irridebit. colaphe: cordalio. corax
Ite istinc: atque efferte lora. Co. nũ lignatũ mittimur.
Egio. Lorarius. Tindarus. Arist.
Eg. i Niicite huic manicas mastigiæ.
T. Quid hoc est negocii. quid ego deliqui. Eg. rogas.
Sartor: satorque sceleq;. & messor maxume.
T. Occatorem dicere debebas prius.
Nam semper occant prius. q̃ sarriunt rustici.
Eg. At ut confidenter mihi contra hastitit.
T. Decet innocentem seruom: atque innoxium.
Confidentem esse suum apud herum potissimum.
Eg. Astringite isti sultis uehementer manus.
T. Tuus sum: tu has quidem uel præcidi iube.

Sed quid negotii quãobrem ſuccenſes mihi?
Eg. Quia me meamq; rem quod in te uno fuit
Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis
Delacerauiſti deartuáſtiq; opes:
Confeciſti omnes res:atq; rationes meas
Ita mihi emiſiſti philocratem fallaciis
Illum eſſe ſeruom credidi te liberum.
Ita uoſmet aiebatis itaq; nomina
Inter uos permutaſtis. T. fateor omnia
Facta eſſe ita ut dicis & fallaciis
Abiſſe eum abs te mea opera atq; aſtutia
An obſecro hercle te id nunc ſuccenſes mihi?
Eg. At cum cruciatu maximo id factunſt tuo.
T. Dum ne ob malefacta peream parui æſtumo.
Si ego hic peribo:aſt ille ut dixit non redibit
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile:
Meum herum captum ex ſeruitute atq; hoſtibus
Reducem feciſſe liberum in patriam ad patrem.
Meumq; potius me caput periclo promptauiſſe q̃ is piret ponere
Eg. Facito ergo ut acherunti ducas gloriam. T. q p uirtutẽ pitat:nõ interit.
Eg. Quando ego te exemplis peſſimis excruciauero atque ob ſutellas.
Tuas te morti miſero uel te interiiſſe:uel periiſſe prædicent.
Dum pereas nihil interdico:dicant uiuere.t.pol ſi iſtuc faxis
Haud ſine pœna feceris:ſi ille huc redibit:& ſicut confido affore.
A. Proh di immortales:nunc ego teneo:nunc ſcio quod ſit negocii.
Meus ſodalis philocrates in libertate eſt ad patrem in patria:
Bene eſt:nec quiſq̃ eſt mihi æque melius cui uelim.
Sed hoc mihi ægre eſt me huic dediſſe operam malam
Qui nunc propter me meaq; uerba uinctus eſt. Eg. uetuin te qcq̃
Mihi hodie falſum ploqui. T. uetuiſti. Eg. cur es auſus mẽtiri mihi.
T. Quia uera obeſſent illi cui operam dabam:nunc falſa proſunt.
Eg. At tibi oberunt. T. optumũſt at herum ſeruaui:quem ſeruatum
Gaudeo:cui me cuſtodem addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factum arbitrare? Eg. peſſume. T. at ego aio recte:
Qui abs te ſeorſum ſentio:nam cogitato ſi qs hoc gnato tuo
Tuus ſeruus faxit qualem haberes gratiam:emitteres ne?
Necne eũ ſeruũ manu eſſet ne apud te is ſeruus acceptiſſimus rñde.
Eg. Opinor. T. cur ergo iratus mihi es? E. quia illi fuiſti q̃ mihi fidelior.
T. Quid tu una nocte poſtulauiſti & die recens captũ hoiem & nupum
Et nouicium te perdocere ut melius conſuleret tibi q̃ illi.

Quicum una puero ætatem exegeram? Eg. ergo: ab eo petito
Istã gratiam: ducite ubi ponderosas crassas capiat compedes.
Inde ibis porro in latomias lapidarias. ibi quũ alii
Octonos lapides effodiunt. nisi quotidianos sesquipus cõfeceris
Sexcẽto plago nomen indetur tibi
A. Per deos atq; homines te ego obtestor egio
Ne tu istunc hominem perduis. Eg. curabitur.
Nã noctu neruo uictus custodibit. Interdiu sub terra lapides eximet
Diu hunc ego cruciabo: non uno absoluam die. A. certũ ne ẽ tibi istuc
Eg. Nõ moriri certius: abducite istũ actutum ad hippolytum fabrum.
Iubete huic crassas compedes impingier. inde extra portam ad meum
Libertum cordalum in lapicidinas facite diductus siet.
Atq; hunc ita me uelle dicite curarier: ne quid deterius huic sit
Quam cui pessime est. T. cur ego te inuito me esse saluũ postulem
Periculum uitæ meæ tuo stat periculo post mortem: in morte
Nihil est q̃ metuã mali: & si peruiuo usq; ad summam ætatem: tamen
Breue spacium est perferundi quæ minitas mihi.
Vale atq; salue: & si aliter ut dicam meres.
Tu aristophontes de me ut meruisti ita uale:
Nam mihi propter te hoc obtigit. Eg. abducite:
T. At unũ hoc te quæso si huc rebitet philocrates
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.
Eg. Peristis: nisi hunc iam e conspectu abducitis.
T. Vis hæc quidem hercle est & trahi & trudi simul.
Eg. Illic est abductus recta in phylacam ut dignus est.
Ego illis captiuis aliis documentum dabo:
Ne tale quisq̃ facinus incipere audeat
Quod absq; hoc esset: qui mihi hoc fecit palam:
Vsq; offerre natũ suis me ductarent dolis.
Nunc certum est nulli post hæc quicq̃ credere:
Satis sum semel deceptus: speraui miser
Ex seruitute me exemisse filium
Ea spes elapsa est perdidi unum filium
Puerum quadrimum quem mihi seruus surripuit.
Neq; eum seruum unquam repperi: nec filium.
Maior potitus hostium est: quod hoc est scelus.
Quasi in orbitatem liberos perduxerim.
Sequere hac reducam te ubi fuisti: neminis misereri certum est
Quia mei miseret nemo: exauspicaui ex uinculis.
Nunc intellego redauspicandum esse in catenas denuo.

Ergasilus Parasitus.

Er. Vppiter supreme seruas me: measq; auges opes
Maximas optumitas opiparasq; offers mihi.
Laudem lucrũ:ludum:iocũ:festiuitatem:ferias:
Pompam:penum:potationes:saturitatem: gaudium.
Nec cuiq̃ homini supplicare nunc certum est mihi
Nam uel prodesse amico possum:uel inimicum perdere.
Ita hic me dies amœnitate amœna amœnus onerauit me
Sine sacris hæreditatem sũ adeptus effertissimã
Nunc ad senem cursum capessam hũc egionẽ:cui boni
Tantum offero:quantũ ipse a dis optat atq; etiam amplius.
Nunc certa res est eodem pacto:ut comici serui solent.
Coniiciam in collũ palliũ primo ex me hanc rem ut audiat.
Speroq; me ob hunc nuncium æternũ adeptum cibum.

Egio. Ergasilus.

Er. Vanto in pectore hanc rem meo magis uoluto.
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.
Ad illum modum subliũ os esse hodie mihi: neq; id perspicere quiui
Quod quum scibitur:per urbem iridebor.
Quum extemplo ad forum aduenero omnes loquẽtur:
Hic ille est senex ductus quoi uerba data sũt.
Sed ergasilus est ne hic procul quem uideo!
Collecto quidem est pallio. quidnã acturust!
Er. Moue abs te moram:atq; ergasile age hanc rem
Eminor:interminorq; ne quis mihi obstiterit obuiam
Nisi quis satis diu uixisse sese homo harbitrabitur.
Nam q obstiterit:hore sistet. Eg. hic homo pugilatũ incipit.
Er. Facere certũ est proinde ut omnes itinera insistãt sua.
Ne quis in hac platea negocii conferat quicq̃ sui.
Nam meus est balista pugnus:cubitus catapultast
Humerus aries:tũ genu ad quenq; iecero ad terram dabo.
Dentilegos omnes mortales faciam:quenque offẽdero.
Eg. Quæ illæc eminatio est! nam nequeo mirari satis.
Er. Faciam ut huius diei lociq;:meiq; semper meminerit:
Qui mihi in cursu obstiterit. faxo uitæ is extẽplo obstiterit suæ.
Eg. Quid hic homo tantũ incipissit facere cum tantis minis!
Er. Prius edico ne quis propter culpã capiatur suã.
Continete uos domi:prohibete a uobis uim meam.
Eg. Mira edepol sunt ni hic in uentrem sumpsit confidentiam.
Ve misero illi cuius cibo iste factust impensior.

Er. Tam piſtores.ſcrophipaſci:qui alunt furfure ſues
Quaq; odore præterire nemo piſtrinum poteſt.
Eorum ſi quoiuſq̃ ſcropham in publico cõſpexero:
Ex ipſis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Eg. Baſilicas edictiones atq; imperſioſas habet.
Satur homoſt:habet profecto in uentre confidentiam:
Er. Tum piſcatores qui præbent populo piſces fetidos.
Qui aduehuntur quadrupedanti:cruciantí cantherio.
Quoq; odos ſub baſilica nos omnes abegit in foro:
Eis ego ora uerberabo ſurpiculis piſcariis.
Vt ſciant alieno naſo quam exhibeant moleſtiam.
Tũ lanii autẽ qui cõcinant liberis orbas oues.
Qui locãt cædundos agnos & duplam agninam danũt.
Qui petroni nomen indunt uerueci ſectario.
Eum ego ſi in uia petronem publica conſpexero.
Et petronem & dominũ reddam mortales miſerrimos.
Eg. Euge edictiones ædilitias hic quidem habet.
Mirũq; adeoſt niſi hunc fecerunt ſibi ætholi agoranomũ.
Er. Non ego nũc paraſitus ſum:ſed regum rex regalior.
Tantus uentri cõmeatus meo adeſt in portu cibus.
Sed ego ceſſo hunc egionem onerare lætitiaſenem.
Qui homine adæque nemo uiuit fortunatior.
Eg. Quæ illæc eſt lætitia quam illic lætus largitur mihi.
Er. Heus ubi eſtis.ecquis hoc aperit hoſtium.
Eg. Hic homo ad cœnã recipit ſe ad me.er.apite haſce ambas fores
Priuſq̃ pſiltando aſſulatim foribus exitiũ adfero.
Eg. Per lubet hũc hominẽ colloq:ergaſile.Er.ergaſilũ quocat.
Eg. Reſpice.er.fortuna quod tibi ne faciet hoc me iubes:
Sed quid eſt.eg.reſpice ad me egio ſum.Er.o mihi q̃tum eſt:
Eg. Hominũ optumorũ optume in tempore aduenis.
Er. Neſcio quẽ ad portũ nactus es ubi cœnes.eo faſtidis!
Eg. Cedo manũ.Eg.manũ.Er.manũ inquã cedo tuam actutum.
Eg. Tene.Er. gaude! eg.qd ego gaudeã!er.qa ego ipo:age gaude modo
Pol mœrores mihi ante uortũt gaudiis.er.noli iraſcier.
Iam ego ex corpore exigam omnis maculas mœroq; tibi.
Er. Gaude audacter.Eg.gaudeo & ſi nihil ſciam q̃ gaudeam.
Eg. Bene facis:iube:Eg.quid iubeam!er.ignem ingentem fieri.
Ignẽ ingentem.er.ita dico magnus ut ſit.eg.quid uolturi!
Tuan cauſa me ædis incenſum cenſes.Er.noli iraſcier.
Iubem an non iubes aſtitui aulas!patinas elui.

Laridũ, atq; epulas foueri foculis feruentibus!
Alium pisces præstinatũ abire.eg.hic uigilans somniat.
Er. Alium porcinam:atq; agninam & pullos gallinaceos.
Eg. Sis bene esse si sit unde.er.pernam atq; optalmiam
Horeum:scombrum:& trigonũ:& cetũ:& mollẽ caseũ
Eg. Nominandi istoq; tibi erit magis q̃ edundi copia.
Hic apud me ergasile.er.mea me causa hoc censes dicere.
Eg. Nec nihil hodie nec multo plus tu hic ædes:ne frustra sis.
Proin tu tui quottidiani uicti uentrem ad me afferas.
Er. Quin ita faciam ut recupias facere sumptum & si ego uetem
Eg. Ego ne.er.tu ne.eg.tũ tu mi igitur herus es.er.imo bene uolens
Vin te faciã fortunatũ.eg.malim q̃ miserũ quidẽ.
Er. Cedo manum.eg.hem.manũ.er.dite omnes adiuuant.
Eg. Nihil sentio.er.non enim es in senticeto eo nõ sentis.sed iube
Vasa tibi pura apparari ad rem diuinam cito
Atq; agnũ afferri pprium pinguem.eg.cur.er.ut sacrufices:
Eg. Cui deorũ.er.mihi hercle:nam ego nũc tibi sum sũmus iuppiter.
Idem ego sum salus.fortuna.lux.lætitia gaudium.
Proin tu deum hunc saturitate facias tranquillum tibi.
Eg. Esurire mihi uidere.er.mihi equidẽ esurio:non tibi:
Tuo arbitratu facile patior.eg.credo consuetus puer:
Iuppiter te diq; perdant.er.te hercle:mihi æquum est gratias
Agere ob nuntium:tantum ego nunc porto a portu tibi boni.
Nunc tu mihi places.eg.abi stultus:sero post tempus uenis.
Er. Igitur olim si aduenissem:magis tu tum istuc diceres.
Nunc hanc lætitiam accipe a me quam fero:nam filium
Tuum modo in portu philopolemũ uiuũ:saluum:& sospitẽ
Vidi in publica celoce.ibidẽq; illum adolescentulum.
Alium una & tuũ stalaginum seruũ q aufugit domo.
Qui tibi subripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
Eg. Abi in malam rem.ludis me.er.ita me amabit sancta saturitas
Egio:itaq; suo me semper cõdecoret cognomine
Vt ego uidi.eg.meum gnatum.er.tuũ gnatũ & geniũ meũ
Et captiuũ illũ aulidensem.eg.maton apollo.er.ut seruolum.
Eg. Meũ stalaginũ!meũ qui gnatũ subripuit!er.næ tan corã!
Eg. Iiamdiu.er.næ tan prænestem.eg.uenit.er.ne tan signiam.
Eg. Certon.er.næ tã frusinonem.eg.uidesis.er.ne tã alternã.
Eg. Quid tu barbaricas urbes iuras.er.quia enim item asperæ
Sunt:ut tuum uictum autumabas esse uæ ætati tuæ.
Quippe quando mihi nihil credis.quod ego dico sædulo.

Sed ſtalaginus quoius erat tunc nationis quum hinc abiit?
Eg. Cuius & nunc.er.ſi cuius nunc eſt:boius boiam terit.
Liberorꝫ querundorꝫ cauſa ei credo uxor data eſt:
Eg. Dico bonan fide tu mihi iſtæc uerba dixiſti?er.bona.
Eg. Di imortales iterꝫ gnatus uideor.ſi uera autumas.
Er. An tu dubium habebis etiam.ſancte quum ego iurẽ tibi?
poſtremo egio ſi parua iuriiurandoſt fides.
Viſe ad portum.eg.facere certumſt:tu intus cura q̃ opus eſt.
Sume:poſce pme:quid uis:te facio celarium:
Nã hercle niſi manticinatus pbe hæro fuiſti petito.
Aeternum tibi dapinabo uictum:ſi uera autumas.
Er. Vnde id?eg.a me:meoq̃ gnato.er.ſpõdeo tu iſtud.eg.ſpõdeo
Er. At ego tuum tibi adueniſſe filium reſpondeo.
Eg. Cura q̃optume potes.er.bene ambula & redambula.

Ergaſilus.

Llic hinc abit:mihi rem ſũmã credidit cibariam:
Di imortales ut ego collos detruncabo tergoribus.
Quanta pernis peſtis ueniet:quanta labes larido:
Quanta ſumini abſumẽdo:quãta callo callamitas:
Quanta laniis laſſitudo:quanta porcinariis:
Nã ſi alia memorem quæ ad uentris uictum cõducũt:moraſt:
Nunc ibo:ut præfecturam & ius dicã larido.
Et quæ pendent indemnatæ pernix auxiliũ ut feram.

Egiomis puer.

d Ieſpiter te diquæ ergaſile perdant:& uentrem tuũ.
Paraſitoſque omnis:& q̃ poſthac cœnã paraſitis dabit.
Cladis calamitas quæ intẽpies modo ĩ noſtram aduenit domũ
Quaſi lupus exuriens metui ne in me faceret impetũ.
Nimiſq̃ hercle ego illum male formidabam ita frẽdebat dentibus
Adueniens deturbauit totum cũ carne carnarium.
Arripuit gladiũ:prætruncauit tribus tergoribus glandia.
Aulas caliceſq̃ omnis:confregit.niſi quæ modiales erant.
Coquũ percontabatur:poſſent ne ſeri refeſtueſcere.
Cellas refregit omnis intus:reduſitq̃ armarium.
Adſeruate iſtuc ſultis ſerui.ego ibo ut cõueniam ſenem:
Dicam ut ſibi penum aliud ornet ſiquidem ſeſe uti uolet.
Nam hic q̃dem ut adornat:aut iam nihil eſt aut iam nihil erit:

Egio.Philocrates.Philopolemus.

Eg. i Oui diiſq̃ ago gratias merito magnas:
Quum te reducem tuo patri rediderunt.

Quumq; & miſeriis plurimis me exemerunt:
Quæ adhuc te carés(dum hic fui) ſuſtentabam·
Quumque hunc conſpicio in poteſtate noſtra.
Quūq; hæc reperta eſt fides firma nobis.
ph. Satis iam dolui ex animo & cura. me ſatis & lachrymis maceraui hic
Satis iam audiui tuas ærumnas ad portū: mihi quas memorauiſti
Hoc agamus: quid nunc? quoniam tecum ſeruaui fidem:
Tibiq; hunc reducem in libertatem feci? eg. feciſti ut tibi
Philocrates nunq̃ referre gratiam poſſim ſatis
Proinde ut tu promeritus de me & filio. ph. immo potes.
ph. Pater & poteris & ego potero: & di eam poteſtatem dabunt:
Vt beneficiū benemerenti noſtro merito munere
Sicut tu huic potes pater mi facere merito maxime
Eg. Quid opus uerbis? lingua nulla eſt qua negem quidquid roges.
phil. Poſtulo abs te: ut mihi illum reddas ſeruom quem hic reliqueram
Pignus pro me: qui mihi melior q̃ ſibi ſemper fuit.
Pro benefactis eius uti precium poſſim reddere.
Eg. Quod benefeciſti refertur gratia: id quod poſtulas:
Et id & aliud quod me orabis impetrabis atq; te
Nolim ſuccenſere: quod ego iratus ei feci male.
phi. Quid feciſti? Eg. in lapicidinas compeditum condidi:
Vbi reſciui mihi data eſſe uerba. phi. uæ miſero mihi
Propter meum caput labores homini eueniſſe optumo.
Eg. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.
Gratis a me ut ſit liber abducito. ph. edepol egio
Facis benigne: ſed quæſo hominem ut iubeas arceſſi. Eg. licet.
Vbi eſtis uos? ite actutum tyndaryx huc arceſſite
Vos ite intro: interibi ego ex hac ſtatua ueruecea uolo
Erogitare meo minore quod ſit factum filio.
Vos lauate interibi. ph. ſequere hac philocrates me itro. ph. ſequor.

Senex egio. Stalaginus fugitiuus.

eg. Ge tu illuc procede bone uir lepidum mancipiū meum
St. Quid me oportet facere. ubi tu talis uir falſum autumas?
Fui ego bellus: Lepidus: bonus uir: nunq̃ neq; frugi bonæ
Neq; ero unq̃ neq; ſpero ponas me bonæ frugi fore.
eg. Propemodum ubi loci fortunæ tuæ ſint facile intelligis.
Si eris uerax tua ex re facies: ex mala meliuſculam
Recte & uera loquere: ſed neq; uere neq; recte? adhuc
Feciſti unq̃. St. qd egò fatear? credin pudeat quum autumes.
eg. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.

St. Eia credo ego imperito plagas minitaris mihi:
Tandem ista aufer:dic qd fers:ut feras hinc quod petis
Eg. Satis facundus:sed iam fieri dictis compendium uolo.
St. Vt uis fiat.Eg.bene morigerus fuit puer:nunc non decet.
Hoc agamus iam animum aduorte:hæc mihi quæ dicã edissere.
Si eris uerax rebus tuis feceris meliusculas.
St. Nugæ istæc sunt:non me censes scire qui dignus siem
eg. At ea potis es subter fugere pauca si non omnia
St. Quia & fugi & tibi surripui filium & uendidi
eg. Cui homini.St. Theodoro medico in aulide poliplusio
Pauca efficiam scio:nam multa euenient & merito meo
Sex minis.eg.proh di imortales is quidem huius est pater
Philocratis: St.quem melius noui q̃ te & uidi sæpius.
eg. Serua iuppiter supreme & me & meum gnatum mihi:
Philocrates per tuum genium obsecro exi:te uolo.

Philocrates:Egio:Stalaginus.

ph. Gio adsum.si qd me uis impera.Eg.hic gnatũ meũ
e Tuo patri ait se uendidisse sex minis in aulide:
ph. Quãdiu id factum est.St.hic annus incipit uigesimus
ph. Falsa memorat.St.aut ego aut tu:nam tibi quadrimulum
Tuus pater peculiarẽ paruulum puero dedit
ph. Quod erat ei nomen:si uera dicis memoradum mihi:
St. Pegmium uocitatus est:post uos indidistis tindaro:
ph. Cur ego te non noui?St.quia mos est obliuiscier hominibus.
Neq; nouisse cuius nihil sit faciunda gratia
ph. Dic mihi is ne istic fuit quem uendidisti meo patri
Qui mihi peculiaris datus est huius filius:
eg. Viuit ne is homo.St.argentũ accepi nihil curaui cæterum.
eg. Quid tu ais.ph.Quin istic tindarus est tuus filius.
Vt quidem hic argumenta loquitur nam is mecũ a puero puer
Bene pudiceq; est educatus hucusq; ad adolescentiam
eg. Et miser sum & fortunatus si uera dictitatis
Eo miser sum qui male illi feci signatus meus est.
Heu cum ego plus minusq; feci q̃ æquum fuit.
Quod male feci crucior modo:si infectum fieri posset
Sed eccum incedit huc ornatus audax suis uiribus.

Tindarus:Egio:Philocrates.

Tin. Idi multa ego sæpe picta quæ acheruntí fierent
u Cruciamenta:ueg.n.uero nulla adæq; est acheruns
Atq; ego ubi fui in lapidicinis illic ibi demũ est locus

Vbi labore lassitudo est omnis exigunda ex corpore
Nam ubi illo aduenì quasi patriciis pueris aut monedulæ
Aut anates aut cothurnices dantur quis cum lusitent
Itidem mihi huc aduenienti upupa quæ me delectet data est
Sed herus eccum ante hostiũ & herus alter eccũ ex aulide
Redit.eg.salue exoptate gnate mi. T.hem quid gnate mi.
Atat scio cur te patrem ad simules esse:& me filium:
Qui mihi item ut parentes lucis das tuendæ copiam:
ph. Salue tyndare. T.& tu quoius causa hanc erumnam exigo.
ph. At nunc liber in diuitias faxo uenies:nam tibi
Pater hic est:hic seruus qui te huic hinc quadrimũ surripuit
Vendidit patri meo te sex minis:is te mihi
Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.
Illic indicium fecit.nam hunc ex aulide huc reducimus
T. Quid huius filiũ.ph.intus eccum fratrem germanum tuum.
T. Quid tu ais.adduxtin illum huius filium captiuum.
ph. Quin inquam intus hic est.t.fecisti edepol & recte & bene
ph. Nunc tibi pater hic est:hic fur est tuus:q paruũ hinc te abstulit.
T. At ego nunc grandis grandẽ natu ob furtũ ad carnificẽ dabo.
ph. Meritus est.t.ergo edepol meritam mercedem dabo.
Sed dic oro pater meus tu'ne es.eg.ego sum gnate mi.
T. Nunc demũ in memoriam redeo quum mecum cogito:
Nunc edepol demũ in memoriam regredior audisse me.
Quasi per nebulam egionẽ meũ patrem uocarier.
Eg. Ego sum.t.compedibus quæ so ut tibi sit leuior filius:
Atq; hic grauior seruus.eg.certum est principiũ id præuortier:
Eamus intro:ut arcessatur faber ut istas compedes
Tibi adimam:huic dem.t.cui peculii nihil est:recte feceris.

Caterua.

Pectatores ad pudicos mores facta hæc fabula est
C Neq; in hac subitæ cogitatiões sunt:neq; ulla amatio
Nec pueri suppositio:nec argẽti circunductio.
Neq; ubi amans adolescens scortũ liberet clã suũ patrẽ
Huiusmodi paucas poetæ reperiunt comœdias.
Vbi boni meliores fiant.nunc uos si uobis placet.
Et si placuimus:neq; odio fuimus signũ hoc mittite.
Qui pudiciciæ esse præmium uoltis plausum date.

Plauti poetæ Clarissimi curgulio.

c Vrgulio missus phedromi it cariam
Vt petat argentum:ibi eludit annulo

Riualem:ſcribit atq; obſignat litteras
Cognoſcit ſignum lyco:ubi uidit militis
Vt amicam mittat precium lenoni dedit.
Lyconem miles ac lenonem in ius rapit.
Ipſus ſororem quæ peribatre peperit:
Oratu cuius phedromo nuptum locat.
Palinurus ſeruus. phædromus adoleſcens:
pa. Vo te hoc noctis dicam proficiſci foras.
q Cũ iſtoc ornatu cũq; hac pompa phædrome.
ph. Quo uenus cupido imperat:ſuadetq; amor
Si media nox eſt:ſiue eſt prima ueſpera:
Si ſtatus condictus cũ hoſte intercedit dies.
Tamen eſt eundũ quo imperat ingratus
At tandem tandem.pa.tandẽ es odioſus mihi.
Iſtuc qdem nec bellum eſt:nec memorabile.
Tute tibi puer es lautus:luces cereum:
ph. Egon apicularum opera congeſtum non feram:
Ex dulci oriundũ melliculo dulci meo.
pa. Nam quo te dicam ego ire.ph.ſi tu me roges
Dicam ut ſcias.pa.ſi rogitem quid reſpondeas.
ph. Hoc æſculapii fanum eſt.pa.plus iam anno ſcio.
ph. Huic proximũ illud hoſtium occluſiſſimũ
Salue ualuiſtin oſtium occluſiſſimum
pa. Caruit ne febris te heri uel nudiuſtertius?
Et heri cœnauiſti ne?ph.derides ne me?
pa. Quid tu ergo inſane rogitas ualeat ne oſtium?
ph. Belliſſimũ hercle uidi:& taciturniſſimum.
Nunquam ullum uerbũ mittit:quũ aperit tacet.
Quum illa noctu clanculum ad me exit tacet.
pa. Nunqd tu quod te aut genere indignum ſit tuo
Facis:aut inceptas facinus facere phedrome.
Nũ tu pudicæ cuipiam inſidias locas:
Aut quam pudicam eſſe oportet.pa.nemini
Nec me illi ſinit iuppiter.pa.ego item nolo
Ita tuum conferto amorem ſemper:ſi ſapis
Ne id quod ames populus ſi ſciat tibi ſit probro.
Semper curato ne ſis inteſtabilis.
Quod amas ama teſtibus præſentibus.
ph. Quid iſtuc eſt.pa.caute ut incedas uia.
ph. Quin leno hic habitat.pa.nemo hinc phibet nec uetat

Quin quod palam est uenale si argentum est emas:
Nemo ire quēquam prohibet publica uia.
Dum ne per fundum septum facias semittam.
Dum te abstineas nupta:uidua:uirgine:
Iuuentute.& pueris liberis:ama quod lubet.
ph. Lenonis hæ sunt ædes.pa.mal istis eueniat.
ph. Qui.pa.quia scelestam seruitutem seruiunt.
ph. Obloquere.pa.fiat maxime.ph.etiam taces.
pa. Nempe obloqui me iusseras.ph.at.nunc ueto.
pa. Inducias occepi dicere.ph.ei ancilla est.
pa. Nempe huic lenoni q hic habitat.ph.recte tenes
pa. Nimis formido ne exedat.ph.odiosus es
Eam uolt meretricem facere.ea me deperit
Ego autem cum illa facere nolo mutuum.
pa. Quid ita.ph.quia proprium facio.amo pariter simul.
Malus clandestinus est amor damnūst merum.
pa. Est hercle ut dicis ita:iam ne ea fert iugum.
ph. Tam a me pudica est quasi soror mea sit:nisi
Si est osculando quippiam impudicicior.
pa. Semper tu scito:flamma fumo est proxima.
Fumo comburi nihil potest:flamma potest.
Qui e nuce nucleum esse uolt:frangit nucem.
Qui uolt cubare.pangit saltem suauium.
ph. At illa est pudica:neq; dum cubitat cum uiris.
pa. Credam pudor si cuipiam lenoni siet.
ph. Immo ut illam censes:ut quæq; illi occasio est
Subripere se ad me ubi sauium oppegit fugit
Id eo fit quia hic leno ægrotus Incubat.
In æsculapi phano:is me excruciat.p.quid est.
ph. Alias me poscit pro illa triginta minas
Alias talentum magnum:neq; quicq̄ queo
Aequi boniq; ab eo impetrare.pa.iniurium est.
ph. Quid:quod lenoni nullist id ab eo petas.
ph. Nunc hinc parasitum in carcam misi meum.
Petitum argentum a meo sodali mutuum.
Quod si non affert:quo me uortam nescio.
pa. Si deos salutas dextrouorsum censeo.
ph. Nunc ara ueneris hæc est ante horum fores
Me inferre uenerí uoui iam ientaculum.
pa. Quid ante pones ueneri a ientaculo.

ph. Me:te atq; hosce oēs.pa.tum tu uenerem uomere uis!
ph. Cedo pure sinum.pa.quid facturus!ph.iam scies.
Anus hic recubare solet custos ianitrix
Nomen est lenæ multibiba:atq; merobiba.
pa. Quasi tu lagenam dicas ubi uinum chium solet esse
ph. Quid opus est uerbis!uinosissima est ea que extēplo ubi uino
Has consperſi fores de odore adesse me scit:aperit illico.
p. Ei ne hic cum uino sinus fertur!ph.nisi ne uis.p.nolo hercle:
Nam istuc qui fert afflictū uelim:ego nobis afferri cēsui.
ph. Quin tu taces!siquid super illi fuerit:id nobis sat est
p. Quisnā hic fluuius est:quem nō recipiat mare!
ph. Sequere hac palinure me ad fores:si mihi obsequeris.
p. Ita faciam.ph.agite bibite festiuæ fores.
Potate: site mihi uolentes:propiciæ.
p. Voltis ne oliuas:aut pulpamentū:aut caparim!
ph. Exuscitate uostram huc custodem mihi.
p. Profundis uinū:quæ te res agitant!ph.sine
Viden ut aperiuntur ædes festiuissimæ!
Non mutit cardo!est lepidus.p.quin das sauium!
ph. Tace:occultemus lumen & uocem.p.licet.

Lena Anus.phedromus.palinurus.

Los ueteris uini meis naribus obiectus est.
f Eius amos cupidam me huc prolicit per tenebras.
Vbi ubi ē!prope me est.euax habeo.salue aīe mi liberi lepos
Vt ueteris uetusti cupida sum:nam omnium unguentum
Odor præ tuo nauſea est:tu mihi stacte:tu cinamomū:
Tu rosa.tu crochum:& casia:es tu petalium.
Nam ubi tu profusus:ibi ego me preuelim sepultam:
Sed quū adhuc naso odos obsecutus est meo.
Da uicissim meo gutturi gaudium:nihil ago tecum.
Vbi est ipsus.ipsum expecto tangere:inuergere in me loquores tuos.
Sino ductim:sed hac abiit:hac persequar.
ph. Sitit hæc anus.p.quantulū sitit.ph.modica est.capit quadrantal.
ph. Pol ut prædicas uindemia hæc huic anui non satis est soli
Canem esse hanc quidem magis par fuit.sagax nasum habet.
A. Amabo cuia uox sonat procul.ph.censeo hanc appellendam anum.
Adibo:redi & respice ad me huc lena.A.impator qs es.ph.uini pollēs
Lepidus liber tibi qui screanti siccæ semi somnæ
Adfert potionem:& te sedatum it.
A. Quā à longe a me abest.ph.lumen hoc uide.

Grandiorem gradum ergo fac ad me obſecro
Salue. A. egon ſalua ſim quæ ſiti ſicca ſum. ph. at iam bibes.
A. Diu fit: ph. hem tibi anus lepida. A. ſalue occuliſſime homo.
p. Age effunde hoc cito in baratrum propere.
Prolue cloacam. ph. tace nolo huic maledici
p. Faciam igitur male potius.
A. Venus de paulo: paululũ hoc tibi dabo haud lubenter.
Nam tibi amantes propinantes uinum potantes dant
Mihi haud ſæpe eueniunt tales hæreditates.
p. Hoc uide ut ingurgitat impura in ſe merũ auariter faucibus plenis
ph. Perii hercle: huic qd primum dicam neſcio. p. hem iſtuc qd mihi dixti.
ph. Quid id eſt. p. periiſſe ut te dicas. ph. male tibi di faciant. p. dic iſti.
Ah. p. qd ẽ. ecqd lubet. a. lubet. p. ẽt mihi quoq; ſtimulo fodere lubet te
ph. Tace: noli. p. taceo. ecce aũt bibit arcus pluet credo hercle hodie
ph. Iã ne ego huic dico. p. qd dices. ph. me piiſſe. p. age dice. ph. ãus audi.
Hoc uolo ſcire te pditus ſum miſer. A. at pol ego oppido ſeruata
Sed quid eſt quod lubet perditum dicere
Te eſſe. ph. quia id quod amo careo.
A. Phedrome mi ne plora amabo.
Tu me curato ne ſitiam. ego tibi quod amas iam huc adducam
ph. Tibi næ ergo ſi fidem ſeruas: mecum uineam pro aurea ſtatua
Statuam: quæ tuo gutturi ſit monumentum.
Qui me in terra æque fortunatus erit: ſi illa ad me bibet.
Palinure. p. edepol qui amat ſi eget: miſera adficitur ærumna
ph. Non ita res eſt. nam confido paraſitum hodie aduenturum
Cum argento ad me. p. magnum inceptas ſi id expectas q̃ nuſq̃ ſt.
ph. Quid ſi adeam fores: atq; occentem. p. ſi lubet neq; ueto: neq; iubeo
Quando ego te uideo immutatis moribus eſſe here atq; ingenio.
ph. Peſſuli heus peſſuli uos ſaluto lubens:
Vos amo: uos uolo: uos peto: atq; obſecro.
Gerite amanti mihi morem amœniſſimi
Scite cauſa mea lydi barbari.
Suſſilite obſecro: & mittite iſtanc foras:
Quæ mihi miſero amanti ebibit ſanguinem
Hoc uide ut dormiunt peſſuli peſſumi:
Nec mea gratia cõmouent ſe ocius:
Reſpicio nihil meam uos gratiam facere.
Sed tace tace. p. taceo hercle: quid eſt. p. ſentio ſonitum.
Tandem edepol mihi morigeri peſſuli fiunt.
Anus. planeſium uirgo. phedromus. palinurus.

Lacide egredere:& ſonitũ prohibe foꝝ:& crepitum cardinũ.
Ne quod hic agimus:herus ꝓcipiat fieri mea planeſium.
Mãe ſuffundã aquulã.p.uidẽ ut anus tremula medicinã facit!
Eapſe merũ quum didicit bibere.foribus dat aquã quã bibant.
pla. Vbi tu es quime cõuadatus ueneriis uadimoniis.
Vbi tu es quime libello uenerio citaſti.ecce me ſiſto ades contra
Siſto ego tibi me:& mihi contra itidem ut ſiſtas ſuadeo:
ph. Adſum:nã ſi abſim aut recuſem:qn mihi male ſit mel meum.
pl. Anime mi ꝓcul amantem abeſſe haud conſentaneum eſt.
ph. Palinure palinure.p.eloquere.qd eſt ꝙ palinurũ uoces!
ph. Eſt lepida.p.nimis lepida.ph.ſũ deus.p.imo haud.
ph. Quid uidiſti.aut quid uidebis magis diis equiparabile.
p. Male ualere te:ꝙ mihi ægre eſt.ph.male mihi morigerus.tace.
p. Ipſus ſe excruciat q homo ꝙ amat uidet:nec poterit dũ licet.
ph. Recte obiurgat.ſane haud quicq̃ſt magis quod cupiã tãdiu.
pl. Tene me amplectare ergo.ph.hoc etiã q̃obrẽ cupiã uiuere.
Quia te prohibet herus:clã hero potior.pl. phibet:nec phibere quit
Nec prohibebit niſi mors meũ animum ab te abalienauerit.
p. Enimuero nequeo durare qn ego heꝝ accuſem meum.
Nam bonum eſt pauxillum amare ſane:inſane non bonum eſt.
Veꝝ totũ inſanũ amare hoc eſt quod meus herus facit.
pl. Sibi ſua habeant regna reges:ſibi diuitias diuites.
Sibi honores:ſibi uirtutes:ſibi pugnas:ſibi prœlia.
Dum mihi abſtineãt inuidere:ſibi quiſquã habeãt ꝙ ſuũ eſt.
p. Quid tu ueneri peruigilare te nouiſti phedrome.
Nã hoc qdẽ edepol haud multo poſt luce lucebit.ph.tace.
p. Quid taceam.qn tu is dormitum.ph.dormio:ne occlamites:
p. Tu quidẽ uigilas.ph.at meo more dormio:hic ſomnus eſt mihi.
p. Heus tu mulier male mereri de imerente in ſitia eſt.
pl. Iraſcere ſi te edentẽ hic cibo abigat.p.ilicet
Pariter hos perire amãdo uideo:uterq̃ inſaniunt.
Viden ut miſere moliuntur:neque queũt cõplecti ſatis.
Etiam diſpertimini.pl.nulli eſt homini ꝑpetuũ bonũ.
Iam huic uoluptati hoc adinuẽtum eſt odiũ.p.quid ais ꝑpudiũ.
Tu etiam cum nocturnis oculis ocium me uocas.
Ebriola perſolæ nugæ.ph.tun meã uenerẽ uituperas.
Quod quidẽ mihi pollutus uirgis ſeruus ſermonẽ ſerat.
At ne tum hercle cũ cruciatu magno dixiſti id tuo.
Hem tibi maledictis ꝑiſtis dictis moderari ut queas.
p. Tuam fidẽ uenus:noctu uigila.ph.ꝑgin etiã uerbero.

pl. Noli amabo uerberare lapidem:ne perdas manum.
p. Magnũ flagicium:pbrũq; phedrome expergefacis:
Bene monstrante pugnis cædis:hanc amas nugas meras.
Hoccine fieri ut in modestis hic te moderere moribus.
ph. Auro contra cedo modestum amatorem:a me aurꝫ accipe
p. Cedo mihi contra oricalco cui ego sane seruiam.
pl. Bene uale ocule mi:nã sonitũ & crepitum claustrorũ audio
Edituum aperire fanũ quousq; quæso ad hunc modum
Inter nos amore utimur semper surreptitio!
ph. Minime:nam parasitum misi nudiusquartus cariam
Petere argentũ:is hodie hic aderit.pl.nimium consultas diu
ph. Ita me uenus amet ut ego te hoc triduum nunq̃ sinam.
In domo esse istac:qn ego te liberalem liberem.
pl. Facito ut memineris:tene etiam priusq̃ hinc abeo sauium
ph. Si quidẽ hercle mihi regnum detur:nunq̃ id potius persequar.
Quando ego te uidebo.Pl.hem istoc uerbo uindictam para
Si amas eme:ne rogites:facito ut precio peruincas tuo.
Bene uale.Ph.iam ne ego relinquor pulchre!palinure occidi:
p. Ego quidẽ qui & uapulãdo & somno pereo.ph.sequere me.

Capadox leno.& palinurus seruus.

Ca. Igrare certunst iam nunc e fano foras.
Quando æsculapi ita sentio sententiam
Vt qui me nihili faciat nec saluon uelit.
Valetudo decrescit:adcrescit labor.
Nam iam quasi zona liene cinctus ambulo.
Geminos in uentre habere uideor filios.
Nihil metuo nisi ne medius disrumpar miser:
pa. Si recte facias phedrome auscultes mihi.
Atq; istam exturbes ex animo ægritudinem.
Paues:parasitus quia non redit caria
Adferre argentum credo:nam si non ferat:
Tormento non retineri potuit ferreo
Quin reciperet se huc esum ad præsepe suum.
Ca. Quis hic est qui loquitur!pa.quoiam uocem audio.
Ca. Est ne hic palinurus phedromi.pa.qui hic est homo.
Cum collatiuo uentre:atq; oculis herbeis!
De forma noui:de colore non queo
Nouisse:iamiam noui leno est capadox.
Congrediar.ca.salue palinure.p.o sceleꝫ caput.
Salue to.quid agis.ca.uiuo.p.nempe ut dignus es

Sed quid tibi est. Ca. lien necat. renes dolent.
Pulmones distrahuntur. cruciatur iecur.
Radices cordis pereunt ciræ omnes dolent.
pa. Tum te igitur morbus agitat epatarius.
ca. Facile est miserum irridere. pa. qn tu aliquot dies
Perdura: dum intestina exputrescunt tibi.
Nunc dum saltura sat bona est. si id feceris.
Venire poteris intestinis uiluis.
ca. Lien diruptus. pa. ambula id lieni optumunst.
ca. Aufer istec quæso: atq; hoc responde quod rogo
Potin coniecturam facere: si narrem tibi.
Hac nocte quod ego somniaui dormiens.
pa. Vah solus hic homo est qui sciat diuinitus.
Quin coniectores a me consilium petũt.
Quod eis respondi: ea omnes stant sententia.
Coquus. Capadox. Palinurus. Phedromus.
co. Alinure quid stas quin depromũtur mihi:
Quæ opus sunt parasito: ut sit paratũ prandium
Quom ueniat. pa. manesis dũ huic coniicio somnũ.
Tute ipse si quid somniasti ad me refers.
ca. Fateor. Co. abi deprome. p. age tu interea huic somniũ
Narra: meliorẽ quã ego sum suppone tibi.
Nam quod scio omne ex hoc scio. ca. operã ut det. pa. dabit.
ca. Facit hic quod pauci ut sit magistro obsequens.
Da mihi igitur operam. co. tametsi non noui dabo.
ca. Hac nocte in somnis uisus sum uiderier.
Procul sedere longe a me æsculapium.
Neq; eum ad me adire: neq; me magnipendere.
pa. Vsust. co. item alios deos facturos scilicet.
Sane illi inter se congruũt concorditer.
Nihil est mirandũ melius si nihil sit tibi.
Nãque incubare te satius fuerat ioui
Qui tibi auxilio in iureiurando fuit:
ca. Si quidem incubare uelint qui periurauerũt:
Locus non præberi potis est in capitolio.
co. Hoc animũ aduorte pacem ab æsculapio
Petas ne forte tibi euen iat magnũ malũ.
Quod inquiete tibi portẽtũst. ca. benefacis.
Ibo atq; orabo. co. quæ res male uortat tibi:
Pro di imortales quẽ conspicio. qui illic est!

Est ne hic parasitus qui missus est in cariam?
Heus phædrome exi exi inquam ocius.
ph. Quid istic clamorem tollis? co. parasitum tuum
Vide occurrentē ellum usq; in platea ultima.
Hinc auscultemus quid agat. ph. sane censeo.
Curgulio. phedromus. palinurus seruus:
d Ate uiam mihi noti atq; ignoti: dū ego hic officiū meū
Facio. fugite omnes: abite: & de uia secedite
Ne quē in cursu capite: aut cubito: aut pectore offēdā: aut gēu.
Ita nunc subito ppere & celere obiectunst mihi negociū.
Nec quisq̄ tam opulentus qui mihi obsistat in uia:
Nec strategus. nec tyrānus qsq̄: nec agoranomus
Nec demarcus: nec comarcus: nec cū tāta gloria
Q uin cadat: quin capite sistat in uiā de semita.
Tum isti græci palliati capite operto q ambulāt:
Qui incedunt suffarcinati cū libris: cū sportulis
Constant: cōferūt sermones inter se drapetæ.
Obstant: obsistunt: incedūt cū suis sententiis
Quos semper uideas bibētes esse in hermopolio:
Vbi qd subripuere operto capitulo calidū bibūt:
Tristes atq; ebrioli incedunt eos ego si offendero:
Ex uno quoq; eorū eiiciam crepitū polentarium.
Tum isti qui ludunt datatim serui scurrarū in uia.
Et datores & fartores omnis subdam subsolium.
Proinde domi contineant: uitent infortunia.
ph. Recte hic mōstrat si imperare possit: nam ita nunc mos uiget
Ita nunc seruitiunst profecto modus haberi non potest.
cur. Ecquis est q mihi cōmostret phedromum geniū meū?
Ita res subita est celeriter: mihi hoc homine cōuēto est opus.
pa. Te ille quærit: ph. qd si adeamus. heus curgulio te uolo.
cur. Quis uocat: qs nominat me? ph. q te conuentū cupit
cur. Haud magis cupis q̄ ego te cupio. ph. o mea oportunitas
Curgulio exoptate salue. cur. salue. ph. saluum gaudeo
Te aduenire. cedo tuam mihi dextrā: ubi sunt spes meæ?
Eloq̄re obsecro hercle. cur. eloq̄re te obsecro: ubi sunt meæ?
ph. Quid tibi est. cur. tenebræ oboriunt: genua media succidūt.
ph. Lassitudine hercle credo. cur. retine retine me obsecro.
ph. Viden ut expalluit. datin isti sellam: ubi assidat cito.
Et aqualē cum aqua? properatin ocius. cur. animo male est.
ph. Vin aquam? cur. si frusculenta est da obsecro: hercle obsorbeā.

ph. Ve capiti tuo.cur.obsecro hercle facite uentũ ut gaudeam.
ph. Maxime.cur.qd facitis quæso.pa.uentũ. cur.nolo eqdẽ mihi
Fieri uentulũ.ph.qd igitur uis.cur.esse ut uentũ gaudeam.
ph. Iuppiter te:diq; perdant cur.perii:prospicio parum.
Os amaꝫ habeo:dentes plenos.lippiunt fauces fame.ita cibi
Vacuitate uenio lassis lactibus.ph.iã edes aliquid.
cur. Nolo hercle aliquid:certũ q̃ aliquid mauolo.
ph. Immo si scias reliquiæ quæ sint.cur.scire nimis lubet
Vbi sient:nam illis conuentis sane opus est meis dentibus.
ph. Pernam:ab domem:suis glandiũ.cur.ain tu omnia hæc.
In carnario fortasse dicis.ph.immo in lancibus quæ tibi sunt
Parata postq̃ scimus uenturũ.cur.uide ne me.
ph. Ita me amabit quam ego amo ut haud mentior.
Sed quo te misi nihilo sum certior.cur.nihil attuli
ph. Perdidisti me.cur.inuenire possim si mihi operam datis:
Postq̃ tuo iussu ꝓfectus sum perueni in cariam.
Video tuũ sodalem.argenti rogo uti copiam faciat.
Scire uelles gratiam tuam noluit frustrarier.
Vt decet uelle hominem amicũ amico atq; opitularier.
Respondit mihi paucis uerbis.atq; adeo fideliter.
Quod tibi est:item sibi esse magnam argenti inopiam.
ph. Perdis me tuis dictis.cu.imo seruo & seruatũ uolo.
ph. Postq̃ mihi responsum est:abeo ab illo mœstus ad foꝫ
Me illo frustra adueniſſe:forte aspicio militem.
Agredior hominem saluto aduenienſ:salue inquit:mihi:
prehendit dextram:seducit:rogat qd ueniam cariam:
Dico me illo adueniſſe animi causa:ibi me interrogat.
Ecquẽ in epidauro lyconem trapezitam nouerim
Dico me nouiſſe:qd lenonem:cappadocem:annuo
Visitasse.sed quid eum uis? quia de illo emi uirginem.
Triginta mĩis:uestem:auꝫ & ꝑ his decẽ coaccedũt minæ
Dedisti tu argentũ inquam.imo apud trapezitam situ est
Illũ quem dixi lyconem:atq; ei mandaui q̃ anulo meo
Tabellas obsignatas obtuliſſet ut daret operam
Vt mulierem a lenone cũ auro:& ueste abduceret.
Postq̃ hoc mihi narrauit abeo ab illo.reuocat me illico.
Vocat me ad cœnam:religio fuit:denegare nolui.
Quid si adeamus:ac decũbamus inquit: consiliũ placet.
Neq; diem decet me memorari:neq; nocti nocerier.
Omnis res parata est.& nos quibus paratũ est asumus.

Postquã cœnati:atq; appoti:talos poscit sibi in manum.
Prouocat me in aleam ut ego ludam:pono palliũ.
Ille suũ anulũ oppo suit:inuocat planesium.
ph. Meos ne amores.cur.tace parũp:iacit uoltorios q̃tuor
Talos arripio:inuoco almam meam nutricẽ herculem.
Iacto basilicũ ppino magnum poculũ ille ebibit.
Caput deponit:quũ dormiscit:ego ei subduco anulũ.
Deduco pedes de lecto clam ne miles sentiat
Rogant me serui quo eam:me dico ire quo saturi solent.
Ostium ubi conspexi:exinde me illico ptinam dedi.
ph. Laudo.cur.laudato quando id quod cupis effecero.
Eamus nunc intro ut tabellas consignemus.ph.non moror.
cur. Atq; aliqd prius obtrudamus pernan:sumen:glandiũ.
Hec sunt uentri stabilimenta:panem & assa bubula.
Poculum grãde:aula magna:ut satis consilia suppetant.
Tu tabulas consignato:hic ministrabit.ego edam.
Dicã quẽadmodũ cõscribas:seq̃re me hac intro.ph.sequor.

Lico. Gurgulio. Leno

L. Eatus uideor subduxi ratiunculam.
b Quantũ æris mihi sit quantunq; alicĩ siet.
Diues sum:si non reddo eis quibus debeo.
Si reddo illis quibus debeo plus alieni est.
Verũ hercle uero conuellere cogito.
Si magis me instabunt ad prætorem sufferam
Habent hunc morem plæriq; argentarii.
Vt alius alium poscant:reddant memini.
Pugnis rem soluant siquis poscat durius.
Qui homo mature quæsiuit pecuniam:
Nisi eam mature parsit: mature exurit.
Cupio aliquem emere puerum qui usurarius
Nunc mihi quæratur:usus est etiam pecunia
cur. Nil tu me satuũ monueris:memini:& scio
Ego hoc effectum lepide tibi tradã:tace.
Edepol ne ego hic me intus expleui probe
Et equidem reliqui in uentre cellæ uni locum.
Vbi reliquiarũ reliquias reconderem.
Quis hic est qui operto capite æsculapium salutat?
Atat quẽ quærebã sequere me simulabo quasi non nouerim
Heus tu te uolo.L.une ocule salue.cur.queso derides ne me
L. De coclitum psapia te esse arbitror.nã hi sunt unoculi

cur. Catapulta hoc ictum est mihi apud sityonem. L. nam quid
Id refert mea. an aula quassa cũ cinere effossus sciet.
cur. Suspersitiosus hic qdẽ est: uera prædicat: nã illæc catapultæ
Ad me crebro cõmeant. adolescens ob rempublicam
Hoc intus mihi quod insigne habeo quæso ne me incomities.
L. Licet ne inforare si incomitiare non licet. cur. non inforabis.
Me quidẽ non mihi placẽs tuũ ꝓfecto nec forꝫ: nec comitiũ
Sed hunc quæro cõmostrare si potes: inibis a me solidam
Et grãdẽ gratiã: lyconem quæro trapezitã. Ly. dic mihi
L. Quid eum nunc q̃ris aut cuiatis. cur. eloquar ab thera
Põtigono platagidoro milite. L. noui edepol nomen.
Nã mihi istoc nomie dũ scribo expleui totas ceras q̃ttuor
Sed quid lyconem quæris. cur. mandatust mihi
Vt has tabellas ad eũ ferã. L. quis tu homo es?
cur. Liberius illius: quẽ omnis sũmanũ uocant.
L. Sũmane salue. q sũmanus fac sciam.
cur. Quia uestimenta ubi ob dormiui ebrius
Sũmano ob eam rem me omnes sũmanũ uocant
L. Alibi te meliust quærere uel hospiciũ tibi.
Apud me ꝓfecto nihil est summano loci.
Sed istũ quẽ quæris ego sum. cur. quæso tu ne is es.
Lyco trapezita. Ly. ego sum. cur. multam me tibi
Salutem iussit therapontigonus dicere.
Et has tabellas dare me iussit. Ly. mihin. cur. ita.
Cape: signum nosce: nostin. ly. quid ni nouerim.
Clipeatus elephantum tibi machera dissicit.
cur. Quod istic scriptũ est id te orare iusserat
Profecto ut faceres suam si uelles gratiam:
Ly. Concede. inspiciam quid sit scriptum. cur. maxime.
Tuo arbitratu dum auferam abs te id quod peto.
Miles lyconi in epidauro hospiti
Suo therapontigonus platagidorus plurimam
Salutẽ dicit. meus hic est: animum uorat.
ly Te cur oro: & quæso qui has tabellas adferet
Tibi ut ei detur quam istic emi: uirginem.
Quod te præsente istic egi: teq; interprete.
Et aurum & uestem: iam scis ut conueneris.
Argentum des lenoni: huic des uirginem.
Ly. Vbi ipsus. cur. non uẽit. cur. ego dicã tibi: qa nudiusq̃rtus
Venimus in cariã ex idia: ibi nũc statuã uolt dare auream

Solidam faciũdam ex auro philippeo quæ fiet.
Septem pedalis factis monumentum suis
Ly. Quamobrem istuc. Cur. dicam. qa enim persas: paphlagonas
Synopas: arabes: caras: cretanos: syros: rhodiam: atq; lyciam
Perhediam: & perhelesiam: contauromachiam: & classiam.
Onomaminiam: lybiamq; oram omnem conterebrominiam.
Dimidiam partem nationum usq; omnium subegit solus
Intra uiginti dies. Ly. uah. cur. quid mirare?
Quia enim in cauea si forent conclusi itidem ut pulli
Ly. Gallinacei ita non potuere uno anno circumirier.
Credo hercle te esse ab illo: nam ita nugas blatis:
Immo etiam porro si uis dicam. Ly. nihil moror.
cur. Sequere hac redabsoluam qua aduenisti gratia.
Atq; eccum uideo. leno salue. Le. di te ament.
Quid hoc quod ad te uenio? Le. dicas quid uelis.
Ly. Argentũ accipias cum illo mittas uirginem.
Ly. Quid quod iratus sum? Ly. quid id refert tua?
Le. Dum argentum accipias. le. qui monet quasi adiuuat.
Sequimini. cur. leno caue in te sit morari mihi.

Miles.

Depol nugatorem lepidũ: lepide hũc nactus est phedromus
e Halophantã an sycophantã hũc magis hoc esse dicã nescio
Ornamenta quæ locaui: metuo haud possin recipere
Quanq̃ cum istoc mihi negocii nihil est. ipsi phedromo
Credidi: tamẽ asseruabo: sed hinc dum egreditur foras.
Cõmostrabo qui in quenq; hominem inueniatis loco:
Ne nimio opere sumat operam: siquem conuentum uelit:
Vel uitiosum: uel sine uitio: uel probum: uel improbum
Qui periurum conuenire uult hominem: mitto in comitiũ
Qui mendacem & gloriosum: apud cluacinæ sacrum.
Dictis damnosos maritos sub basilica quærito.
Ibidem erunt scorta exoleta quiq; stipulari solent.
Symbolorꝫ collatores apud forum piscarium.
In foro infimo boni homines: atq; dites ambulant.
In medio propter canalem ibi ostentatores meri
Confidentes garruliq; & maleuoli supra lacum.
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam.
Et qui ipsi sat habent: quod ipsis possit uere dicier.
Sub ueteribus ibi sunt q dant: quiq; accipiunt fœnore:
Pone ædem castoris: ibi sunt subito quibus credas male.

In tuſco uico ibi ſunt homines:qui ipſi ſeſe uenditant.
In uelabro:uel piſtorem:uel lanium:uel haruſpicem.
Vel qui ipſi uortant:uel qui alii ſubuerſentur præbeant.
Ditis damnoſos maritos apud leucadiam oppiam
Sed iterim fores crepuere:linguæ moderandũ eſt mihi.

Curgulio.lyco.capadox.

cur. Tu præ uirgo:non queo quod pone me eſt ſeruare:
Et aurꝫ:& ueſtem:oẽm ſuam aiebat.qcqd hæc haberet
Nemo it inficias.cur.attamen meliuſculum eſt monere
Memento promiſiſſe te:ſi qſq̃ hanc liberali
Cauſam manu adſereret:mihi omne argentum redditũ iri
Minẽs triginta.ca.meminero:de iſtoc quietus eſto.
Et nunc idem dico.ly.& commemini ſſe ego hæc uolam te.
ca. Memini & mãcipio tibi dabo.cur.egon ab lenone qcq̃
Mancipio occipiam.quibus ſui nihil eſt niſi una lingua
Qui abiurant ſi quid creditum eſt:alienos mancupatis.
Alienos manumittitis:alieniſqꝫ imperatis:
Nec uobis auctor ulluſt:nec uoſmet eſtis ulli.
Item genus eſt lenonũ inter homines meo quidem animo:
Muſcæ:culices:pedeſqꝫ:puliceſqꝫ
Odio & malo & moleſtiæ:bono uſui eſtis nulli
Nec uobiſcũ quiſq̃ in foro frugi cõſiſtere audet.
Qui conſtitit culpatur eum:conſpuitur:uituperatur
Eum rem fidemqꝫ perdere tametſi nihil fecit aiunt.
Ly. Edepol lenones meo animo nouiſti luſce lepide:
ca. Eodem hercle uos pono:& paro.pariſſimi eſtis ibus
Hi ſaltem in occultis locis proſtant uos in foro ipſo.
Vos fœnore:hi male ſuadendo:& luſtris lacerant homines
Rogitationis plurimas propter uos populus ſciuit.
Quas uos rogatas rumpitis:aliquam reperitis rimam.
Ouaſi aquam feruentem frigidam eſſe:ita uos putatis leges.
Ly. Tacuiſſe mallem.cur.aut male meditantem.male dicax es.
Ly. Indignis ſi male dicit:maledictum id eſſe dico.
Verꝫ ſi dignis dicitur benedictũ ſt meo qdem animo
cur. Ego mancipem te nihil moror:nec lenonem alium quemq̃
Lyco:nũquid uis?l.bene uale.cur.uale.ca.heus tu tibi ego dico.
cur. Eloquere qd uis.ca.quæſo ut hanc cures bene ſit iſti.
cur. Bene ego iſtam eduxi meæ domi & pudice.cur.ſi huius miſeret.
Ecqd das ꝫ bene ſit?ca.malum.cu.tibi opus eſt hoc quo te procures.
ca. Quid ſtulta ploras?ne time:bene hercle uendidi ego te

Fac ſis bonæ frugi ſies:ſequere iſtum bella belle.
Ly. Sumane nunqd nunc iam me uis?cur.uale.
Nam & operam & pecuniam benigne præbuiſti.
Ly. Salutem multam dicito patrono.cur.nunciabo.
Nũ quid uis leno.ca.iſtas minas decem q me procurem
Dum melius ſit mihi des.cur.dabunt cras peti iubeto.
Ca. Quando bene geſſi rem uolo hic in fano ſupplicare.
Nam illam minis olim decem puellam paruolam emi.
Sed eũ q mihi uendidit illam nũquam poſt illa uidi.
Periiſſe credo.qd id mea refert?ego argentum habeo.
Quoi homini dei ſunt propitii:lucrũ ei profecto obiiciũt:
Nũc rei diuinæ operam dabo certũ ſit bene me curare.

Miles. Terapontigonus. Lyco trapezita.

mi. On ego nũc mediocri incedo iratus iracũdia.
Sed eapſe illa qua excidionem facere condidici oppidis.
Nũc niſi tu mihi propere properas dare iam triginta mias
Quas ego apud te depoſui:uitam propera ponere.
Non edepol nũc ego te mediocri macto infortunio.
Ly. Sed eapſe illa qua mactare ſoleo:quoi nihil debeo
Ne te mihi facias ferocem haud ſupplicare cenſeas.
m. ly. Nec tu me quidem unq̃ ſubiges redditũ ut reddam tibi.
L. Nec daturus ſum. M.idem ego iſtuc quom credebam credidi.
Te nihil eſſe redditurx.tra.quur.nũc a me igitur petis.
Scire uolo quoi reddidiſti.t.luſco liberto tuo
m. Is ſummanum ſe uocari dixit:ei reddidi.
Qui has tabellas obſignatas attulit.M.q̃s tu mihi tabellas
Quos tu mihi luſcos libertos.quos ſutumanos ſomnias?
Nec mihi qdem libertus eſt ullus. T.facis ſapientius:
Quam pars lenonũ libertos qui habent:& eos deſerunt
m. Quid feciſti? Ly.quod mandaſti feci tui honoris gratia.
mi. Tuũ q ſignum ad me attuliſſet nuntiũ ne ſpernerem
Stultior ſtulto fuiſti qui iis tabellis crederes.
mi. Quis reſpublica & priuata geritur:nonne iis crederem.
T. ly. Ego habeo tibi res ſolutas recte bellator uale.
mi. Quid ualeam. Tr. at tu ægrota ſi uiues per me qdem ætatem.
mi. Quid ego nunc faciam.qd refert me feciſſe regibus
m. Vt mihi obedirent:ſi hic me hodie umbraticus deriſerit.

Capadox leno. Miles.

Quoi homini dii ſunt propitii.ei non eſſe iratos puto.
Poſtq̃ rem diuinam feci:uenit in mentem mihi.

Cur.

Ne trapezita exulatũ abierit argentũ ut petat
Vt ego potius comedam:q̃ ille:iusseram saluere te
Therapontigone salue:saluus quom aduenis
In epidauꝛ.hic hodie apud me nunq̃ delinges salem.
m. Bene uocas:uerũ uocata res est:ut male sit tibi.
Sed qd agit meũ mercimoniũ apud te.C.nihil apud me qdem
Ne facias testis:neq; eqdem debeo quicq̃.m.quidem est.
C. Quod fui iratus feci.m.redin an non uirginem.
Prius q̃ te huic meæ macheræ obitio mastigia.
C. Vapulare ego te uehementur iubebo:ne me territes.
Illa abducta est.tu auferere hinc a me si perges mihi
Male eloqui profecto:cui ego nisi malum nihil debeo
m. Mihin malũ minitare.c.atq; edepol non minitabor:sed dabo mihi
Si perges molestus esse.m.leno minatur mihi.
Meæq; pugnæ prœliares plurimæ obtritæ iacent.
At ita me machera:& clipeus bene iuuent pugnantem
In acie:nisi mihi uirgo redditur
Iam ego te faciam ut hic formicæ frustillatim differant:
C. At ita me uolsellæ:pecten:speculũ:calamistũ meum
Bene me amassint:meaq; exitia liteũque extersũ.
Vt ego tua magnifica uerba:neq; istas tuas magnas minas
Nõ pluris facio q̃ ancillam meam:quæ latrinam lauat.
Ego illam reddidi qui argentũ a te attulit.m.qs is est homo.
C. Tuũ libertũ esse aiebat sese sũmanum.m.meum.
Atat curculio hercle uerba mihi dedit quũ cogito:
Is mihi annulũ subripuit.c.perdidistin tu anulũ.
Miles pulchre centuriatus est expuncto in manipulo.
m. Vbi nunc curculionem inueniam.C.in tritico facillume.
Vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.
Ego abeo:uale:atq; salue.m.male uale.uale.male sit tibi.
Quid ego faciam:maneam.an abeam:siccine mihi esse os oblitum.
Cupio dare mercedem qui illunc ubi sit commostret mihi.

Parasitus.

Ntiquom poetam audiui scripsisse in tragœdia.
a Mulieres duas peiores esse:quam una:res ita est.
Verũ mulierem peiorem:q̃ hæc amica est phedromi
Non uidi.neque audiui:neq; pol dici nec fingi potest
Peior q̃ hæc est:quæ ubi me hũc habere conspicata est anulũ:
Rogat unde habeam:quid id tu quæris:qa mihi quæ sitost opus
Nego me dicere:ut eũ eriperet:manũ arripuit mordicus.

Vixforas me arripui:atq; effugi apage istanc caniculã.
Planusiũ uirgo.phedromus adolescens.Curgulio.Mi.
pl. Hedrome propera.ph.qd properem.pl.parasitũ ne amiseris.
Magna res est.ph.nulla ẽ mihi:nã quã habui absũpsi celeriter
pl. Teneo.ph.qd negocii.pl.rogita istuc unde habeat anulum
cur. Pater istũ meus gestauit.pl.at mea matertera
Mater ei utendum dederat.Cur.pater tuus rursum tibi:
pl. Nugas garris.Cur.soleo.nam propter eas uiuo facilius
Quid nũc.pl.obsecro parentesne meos mihi prohibeas.'
cur. Quid ego.sub gemmõm abstrusos habeo tuam matrem & patrem.
pl. Libera ego sum nata.cur.& alii multi qui nũc seruiũt.
pl. Enimuero irascor.cur.dixi equidem tibi unde ad me hic peruenient
Quotiens dicendũ est.elusi militem inquam in alea:
mi. Saluos sum: eccõ quærebam qd agis bone uir.ph.audio.
Si uis tribus bolis uelin clamydem.m.qn tu is in malam crucem
Cũ bolis:cum bullis:redde etiam argentũ aut uirginem.
ph. Quod argentũ:quas tu mihi trichas narras? quã tu uirginem
Me reposcis.m.quam ab lenone abduxisti hodie seelus uiri.
ph. Nullam abduxi.m.certe eccistam uideo.ph.uirgo hæc libera est
m. Mean ancilla libera ut sit:q̃ ego nunq̃ emisi manu.
ph. Quis tibi hanc dedit mancipio:aut unde emisti? fac sciam.
m. Ego quidem pro istac rem solui ab trapezita meo.
Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & lenone auferam.
ph. Qui scies mercari furtiuas atq; ingenuas uirgines
Ambula in ius.m.non ego.ph.licet antestari.m.non licet.
ph. Iuppiter te male perdat:intestatus uiuito.
m. At ego quẽ licet te accede huc.cur.seruũ antestati.m.uide
cur. Hem ut scias me liberum esse.m.ergo ambula in ius hem tibi
cur. O ciues ciues.m.qd clamas.ph.qd istum tibi tactio est.
m. Quia mihi libitũ est.ph.accede huc tu:ego illum tibi dedam.tace.
cur. Phædrome obsecro serua me.ph.tanq̃ metgenium
Miles quæso ut mihi dicas unde illum habeas annulum.'
Quem parasitus hic te elusit.pl.per tua genua te obsecro.
Vt nos facias certiores:m.qd istuc ad uos attinet.
Quæratis chlamydem & macheram hanc unde ad me peruenerit.
cur. Vt fastidit gloriosus.m.mitte istũ:ego dicam omnia
cur. Nihil est quod ille dicit.ph.fac me certiorem obsecro
m. Ego dicam:surge:hanc rem agite: atq; animũ aduortite.
Pater meus habuit periplanes planesium.
Is priusq̃ moritur mihi dedit tanquã suo.

Vt æquum fuerat filio. pl. proh iuppiter:
m. Et iste me heredem fecit. pl. pietas mea serua me quando ego te
Seruaui sedulo. frater mi salue. m. q credam ego istuc cedo
Si uera memoras: quæ fuit mater tua. pl. eleobula
m. Nutrix quæ fuit. pl. archestrata: ea me spectatũ tulerat.
Per dionysia postquã illo uentũ est iam ut me collocauerat
Exoritur uentus: turbo: spectacula ibi ruunt: ego pertimesco.
Tum ibi me nescio quis arripit timidam atq; pauidam:
Nec uiuam: nec mortuã: nec quo me pacto abstulerit possum dicere
m. Meministi hanc turbã fieri. sed tu dic mihi ubi is est homo
Qui te subripuit. pl. nescio: ueq; hunc seruaui semper mecũ una
Anulum. cũ hoc olim perii. m. cedo ut inspiciam.
ph. Sanan es quæ isti committas. pl. sine modo. m. proh iuppiter.
Hic est quem ego tibi misi natali die: tam facile noui: q̃ me.
Salue mea soror. pl. frater mi salue.
Deos uolo bene uortere istam rem nobis.
cur. Et ego nobis omnibus tu ut hodie aduenienS
Cœnam des sororiã: hic nuptialẽ cras dabit. ph. pmittimus
m. Tace tu. cur. nõ taceo quando res uortit bene: tu istanc desponde huic
Miles: ego dotem dabo. ph. quid dotis. cur. egone. ut semper
Dum uiuat me alat. m. ueq; hercle dico me iubẽte feceris
Et leno hic debet nobis triginta minas. ph. quamobrem istuc.
m. Quia ille repromisit mihi si quisquã hanc liberali asseruisset manu:
Sine controuersia omne argentũ redderet. ph. nũc eamus ad lenonẽ:
m. Laudo. ph. hic prius uolo meam rem agere. m. qd id est.
ph. Vt mihi hanc despondeas. cur. qd cessas miles hãc huic uxorem dare.
m. Si hæc uolt. ph. mi frater cupio. m. fiat. cur. bene facis.
ph. Spondes ne miles mihi hanc uxorem. m. spondeo.
cur. Et ego hoc idem unum spondeo. m. lepide facis.
Sed eccum lenonem incedit thesaurum meum.

Leno capadox. miles. phædromus. planusium:

C. Argentariis male credi qui aiunt nugas predicant.
Nã & bene: & male credi dico. id adeo hodie ego exptus sum.
Nam male credit̃ qui nũquam reddũt: sed prorsus perit.
Velut decem minas dũ soluit omnis mensis transiit.
Postq̃ nihil fit clamore hominem posco: ille in ius me uocat
Pessume metui: ne minis hodie apud prætorem solueret.
Veq; amici compulerunt. reddit argentum domo.
Nũc domum properare certunst. m. heus tu leno te uolo.
ph. Et ego te uolo. c. at ego uos uolo ambos. M. stasis ilico.

Atq; argentum ppere ppera uothere.c.quid mecũ est tibi.
Aut tecũ.aut.M.quia ego ex te hodie faciã pilũ catapultariũ
Atq; ita te neruo torquebo iidem ut catapultæ.solent.
Delicatũ te hodie faciam cũ catello ut accubes
Ferreo:ego dico.ca.ego uos ambo in robusto carcere
Vt pereatis.M.collũ obstringe abduce istũ in malã crucem.
ph. Quicquid est ipse ibit potius.c.proh deũ atq; hominũ fidem.
Hoccine pacto indẽnatũ atq; itestatũ me arripi!
Obsecro planesium & te phædrome auxilium ut feras.
pl. Frater obsecro te noli hũc cõdennatum pedere.
Bene & pudice me domi habuit.m.haud uolũtate id sua.
Aesculapio huic habeto quod pudica es gratiã.nã si uoluisset
Iam pridẽ quoq; posset mittere.ph.animũ aduorte si possũ hoc
Inter uos snia cõponer:mitte istuc:accede huc dicã meã sniam
Si qdem uultis quod decrero facere.ca.tibi permittimus.
Dũ quidẽ hercle ita iudices nequisquã a me argentum auferat:
m. Quid ne promisisti.ca.qui promisi:lingua eadẽ nunc nego.
Dicendi:non rem perdendi hæc gratia nata ẽ mihi.m.nihil agit
Collum obstringe homini.pl.iamiam faciam ut iusseris.
m. Quando uir bonus es responde quod rogo.ca. roga quod lubet
m. Promisistin si liberali quisq̃ hanc asserreret manu.
Te omne argentum redditurꝫ.ca.non cõmemini dicere.
m. Quid.negas.ca.nego hercle uero.quo præsente quo. in loco.
m. Meipso præsente:& lycone trapezita ca.non taces.
m. Non taceo.ca.nõ ego te floccifacio: ne me territes.M.meipso præsẽte
Et lycone factũ est.ph.satis credo tibi.nũc adeo ut tu
Scire possis leno meam sententiam:libera hæc est.
Hic huius frater est:hæc autem illus soror:hæc mihi nubet.
Tu huic argẽtum redde hoc iudiciũ meum est.
m. Tu autem in neruo iam iacebis:nisi mihi argentũ redditur.
ca. Hercle istam rem iudicasti perfidiose phædrome:& tibi oberit:
Et te miles di deæq; perdiũt:tu me sequere.m.quo sequar te.
ca. Ad trapezitã meũ ad prætorẽ nã inde rẽ resoluo oibus quibus debeo.
m. Ego te in neruo haud ad prætorẽ hinc rapiam ni argẽtũ refers.
ca. Ego te uehementer perire cupio ne tu me nescias.
m. Ita ne uero.ca.ita hercle uero.m.noui ego hos pugnos meos
ca. Quid tu.m. quid tu rogitas.hisce ego si tu me irritaueris
Placidum te hodie reddã.ca. age ergo recipe actutũ.pl.licet:
Tu miles apud me cœnabis.hodie fiẽt nuptiæ.m.q̃ res bene
Vortat mihi & uobis spectatores plaudite plaudite.

Plauti poetæ Clarissimi.cassina

SAluere iubeo spectatores optũos,fidẽ qui facitis maxumi
Et uos fides,si uerum dixi signum clarẖ date mihi,
Vt uos mihi æquos iam inde a principio sciam,
Qui utuntur uino uetere sapientis puto.,
Et qui libenter ueteres spectant fabulas,
Antiqua opera & uerba quum uobis placent,
Aequum est placere ante ueteres fabulas.,
Nam nunc nouę quæ prodeunt comœdiæ,
Multo sunt nequiores q̃ nummi noui.,
Nos postq̃ populi rumorem intellexímus.,
Studiose expetere uos plautinas fabulas.,
Antiquã eius edimus comœdiã,quã uos pbastis q estis in senioribus,
Nam iuniorum qui sunt non norunt scio,uerum ut cognoscant
Dabimus operam sædulo,hæc quũ primum acta ẽ uicit omnis
Fabulas;eã tempestate flos poetarum fuit.,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum,
Sed tamen absentes prosunt præsentibus.,
Vos omnes opere magno operatos esse uolo.,
Benigne ut operam detis ad nostrum gregem.,
Ducite ex animo curam atq; alienum æs.,
Ne quis formidet flagitatorem suum:,
Ludi sunt:ludus datus est argentariis.,
Tranquillum est:alcedonia sunt circa forum.,
Ratione utuntur.ludis neminem poscunt.,
Secundum ludos reddunt autem nemini.,
Aures uotiuæ si sunt animum aduortite.,
Comœdiæ nomen dare uobis uolo.,
Clerumenæ uocatur hæc comœdia,græce:
Latine sortientes.diphilus,hanc græce
Scripsit:post id rursum denuo,
Latine plautus cum latranti nomine:,
Senex hic maritus habitat.ei est filius:,
Is una cum patre in illisce habitat ædibus,
Est ei quidam seruus qui in morbo cubat.,
Immo hercle uero in lecto ne quid mentiar,
Is seruus:sed ab hinc annos factum est sexdecim,
Quum conspicatus est primo crepusculo,
Puellam exponi:adit extemplo ad mulierem:,
Quæ illam exponebat:orat ut eam det sibi,

Exorat:aufert:detulit recta domum.,
Dat heræ suæ:orat ut eam curet:educet:,
Hera facit:educauit magna industria.,
Quam si esset ex se nata:non multo secus.,
Postq̃ adoleuit ad eam ætatem ut uiris,
Placere posset:at eam puellam hic senex,
Amat efflictim:& item contra filius.,
Nunc sibi utercq; contra legiones parat.,
Pater filiusq; clam alter alterumq;,
Pater allegauit uillicum qui posceret,
Sibi istam uxorem:is sperat si ei sit data,
Sibi fore paratas clam uxore excubias foris,
Filius autem armigerum allegauit suum,
Qui sibi eam uxorem poscat:scit si id impetret,
Futurum quod amat intra præsepis suas.,
Senis uxor sensit uirum amori operam dare.,
Propterea una consentit cum filio.,
Ille autem postq̃ sensit filium suum,
Eandem illam amare:& esse impedimento sibi,
Hinc adolescentem peregre ablegauit pater.,
Sciens eius mater ei dat operam absenti tamen:,
Is me expectetis hodie in hac comœdia,
In urbem non rediuit:plautus noluit,
Pontem interrupit:qui erat in itinere.,
Sunt hic quos credo nunc inter se dicere.,
Hercle quid istuc est! seruiles nuptiæ!,
Seruin uxorem ducent! aut poscent sibi!,
Nouum attulerunt quod fit nusquam gentium,
At ego aio hoc fieri in græcia & carthagini.,
Et hic in nostra terra in apulia,
Maioreq; opera ibi seruiles nuptiæ,q̃ liberalis etiam curari solent,
Id ni fit mecũ pugnos siquis uolt dato,in urnam mulsi.
Penus dũ iudex siet græcus adeo uel mea causa apulus.,
Qui nunc nihil agitis sentio nemo sitit,
Reuortar ad illam puellam expositiciam.,
Quam serui summa ui sibi uxorem expetunt.,
Ea inuenietur & pudica & libera,ingenua athenienſis:
Neq; quiq̃ stupri faciet profecto in hac quidem comœdia,
Mox hercle uero post transactã fabulã argentum si quis
Dederit ut ego suspicor,ultro ibit nuptum

Non manebit auſpices./
Tantum eſt.ualete.bene rem gerite.& uincite./
Virtute uera quod feciſtis antehac./

Argumentum in caſſina.

Onſeruam uxorem duo conſerui expetunt.
c Alium ſenex allegat:alium filius.
Sors ſenem adiuuat:uerum decipitur dolis:
Ita ei ſubiicitur pro puella:ſeruulus
Nequam:qui dominum mulgat atq; uillicum
Adoleſcens ducit ciuem caſſinam cognitam

Chalinus.Olympio.

cha. On mihi licere meam rē me ſolum ut uolo loqui atq; cogitare
n Sine te arbitro?quid tu malum me ſequere?
Oly. Decretum eſt mihi quaſi umbra quoquo ibis tute perſequi./
Quin edepol etiam ſi in crucem uis pergere ſequi decretum eſt:
De hinc coniicito cæterū poſſis ne nec ne:clam me ſutelis tuis/
Præripere caſſinam uxorem proinde ut poſtulas.
cha. Quid tibi negocii mecum eſt.Ol.quid ais impudens.
cha. Qui in urbe reſtas uillice hic non magni precii?Ol.libet.
cha. Quin ruri es in præfectura tua?quin potius quod legatū eſt tibi
Negocium id curas:atq; urbanis rebus te abſtines?
Huc ueniſti ſponſam præreptum meam.abi rus.abi
Dierectus tuam in prouinciam.Ol.chaline non ſum
Oblitus officium meū:præfeci ruri recte q curet:tamen
Ol. Ego huc quod ueni in urbem impetrauero:uxorem ut iſtanc
cha. Ducam:quam tu deperis bellam:& tenellam caſinam:conſeruā tuam:
Ol. Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero rure incubabo
Vſq; in præfectura mea.Cha.tu illam ducas?hercle me
O. Suſpendio quam tu eius potior fias ſatius eſt mortuum:
Mea præda eſt illa:proin tute in laqueū ne duas.
ch. Ex ſterquilinio effoſſe tua illec præda eſt.
Ol. Scies hoc ita eſſe.Cha.uæ tibi.o.quot te modis ſi uiuo
Habebo in nupi is miſeq; meis.ch.quid tu mihi facies.
O. Ego ne quid faciā tibi:primū omniū huic lucebis nouæ nuptæ facem
Poſtilla ut ſemper improbus nihilq; ſis:poſt id locoq;
Quando ad uillam ueneris dabitur tibi amphora una: & una ſemita.
Fons unus:unū ænum & octo dolia:quæ niſi erunt ſemper plena
Ego te implebo flagris.ita te aggerūda curuū aqua faciam.
Probe ut poſtilena poſſit ex te fieri:poſt autem niſi ruri tu
Aceruo mederis:aut quaſi lumbricus terram:q; te poſtules

Gustare:quicq̃ nunq̃ edepol:ieiunum esse
Aeq; atq; ego te ruri reddibo:post id quũ lassus fueris
Et famelicus noctu ut condigne recubes curabitur.
cha. Quid facies. Ol.concludere in fenestra firmiter.
Vnde auscultare possis quum ego illam osculer:quũ mihi illa dicet
Mi animule:mi olympio mea uita:mea mellilla mea festiuitas.
Sine tuos ocellos deosculer uoluptas mea.sine amabo te amari
Meus festus dies:meus pullus passer:mea columba:mi lepus.
Quũ mihi hæc dicentur:tum tu furcifer quasi mus in medio
Pariete uersabere.Cha.nunc ne tu me tibi respondere postules.
Abeo intro:tedet sermonis tui.O.te sequor hic quidem pol.
Certo nihil ages sine me arbitro.

Cleostrata.pardalisca ancilla.

cl. Bsignate cellas:referte annulum ad me.
a Ego huc transeo in proximum
Ad meam uicinã.uir siqd uolet me facite hic me accersatis.
pa. Prandiũ iusserat senex sibi parari.Cl.sta:tace.atq; abi.
Neq; paro:neq; hodie quoquet quando is mihi & filio aduorsat suo
Animi:amorisq; causa sui flagitiũ illud hominis:ego illum fame.
Ego illum siti:maledictis:malefactis:amatorem ulciscar:
Ego illum probe incommodis dictis angã:faciã uti proinde ẽ dignus.
Vitã colat acherũtis pabulũ:flagitii persequẽtem:stabulũ nequitiæ
Nũc hinc meas fortunas eo questũ ad uicinas:sed foris concrepuit.
Atq; eia ipsa eccam egredit foras:non pol hoc per tempus iter incœpi

Mirena coniũx.Cleostrata.

Mi. Equimini comites in proximũ me huc.
Heus uos:ecquis hæc quæ loquar audit.
Ego hic ero:uir:si aut qspiam quæret:nam ubi domi sola sum
Sopor manu scalpit:iussin colũ ferri mihi.cl.mirina salue.
Mi. Salue me castor.cl.sed quid tu es tristis amabo.
Mi. Ita solent oẽs q̃ sũt male nuptæ:domi & foris ægre qd sit satis semp ẽ
Nam ego ibam ad te.cl.edepol.ego istuc ad te:sed qd est qd̃ tuo
Nũc animo ægre est.nam quod tibi ægre idem mihi est diuidue.
Mi. Credo ecastor:nam uicinam neminem amo merito magis quam te.
Nec quã plura sunt mihi quæ ego uelim.cl.amo te:atq;
Istuc expeto scire quid est. Mi.uir me habet pessimis despicatã modis
Nec mihi ius meũ obtinendi optio est.cl.hoc qd ẽ.dicidem hoc:
Obsecro:nam pol haud satis meo corde accepi querellas tuas
Mi. Vir me habet pessumis despicatam modis
cl. Mira sũt uera si ꝑdicas.nã uiri ius suũ ad mulieres obtinere haud q̃unt

mi. Quin mihi ancillulã ingratis poſtulat quæ mea eſt quæ meo
Educata ſumptu ſiet uillico ſuo ſe dare:ſed ipſus eam amat.
cl. Obſecro tace:nã nũc hic licet dicere nos ſumus.mi.ita eſt
cl. Vnde ea tibi eſt.nam peculi pbam nihil habere addecet
Clam uiro:& quæ habet partũ ei haud cõmodi eſt
Quin uero aut ſubtrahat:aut ſtupro inuenerit.
Hoc uiri cenſeo eſſe omne quicquid tuum eſt
mi. Tu quidẽ aduerſum tuam amicam omnia loqueris
cl. Tace ſis ſtulta:& mihi auſculta: noli ſis tu illi aduorſari.
Sine amet:ſine qd libet:id faciat:q̃do tibi nil domi dereliquiũ
mi. Satin ſana es? nã tu qdẽ aduorſus tuã iſtã rẽ loq̃re.cl.inſipiens
Semper tu huic uerbo uitato ab tuo uiro.mi.cui uerbo?
mi. I foras.mi.mulier es.tace.cl.quidẽ.hem quis eſt quẽ uides.
ml. Vir.eccum it intro:abi.adpropa age amabo ipetras :abeo.
cl. Mox magis quũ ociũ mihi & tibi erit:igitur tecũ loquar
Nunc uale.Mi. Valeas.

Senex:Stalino: Cleoſtrata mulier.

ſen. o Mnibus rebus ego amorẽ credo & nitoribus nitidis ãteuenire.
Nec potis qcq̃ cõmemorari q̃ plus ſalis pluſq̃ leporis hodie
Habeat:coquos equidẽ nimis demiror:q̃ utunt cõdimẽtis
Eos eo condimento uno nõ utier:omnibus quod preſtat:
Nam ubi amor condimentũ inerit cuiuis placiturũ credo.
Neq̃ ſalſũ neq̃ ſuaue eſſe poteſt quicq̃.ubi amor nõ admiſetur
Fel quod amaꝝ eſt:id mel faciet:hominẽ ex triſti lepidũ & lenẽ:
Hanc ego de me cõiecturam domi facio:magiſq̃ ex auditis.
Qui poſtq̃ amo caſinã magis initio mũdiciis mũdiciãti deo.
Myropolas omnes ſolicito ubicũq̃ eſt lepidũ unguẽtũ ungor
Vt illi placeã.& placeo(ut uideor) ſed uxor me excruciat qa uiuit.
Triſtem aſtare aſpicio blande hæc mihi mala res appellanda eſt.
Vxor meaq̃ amenitas qd tu agis? Cl.abi:atq̃ abſtine manum
ſta. Eia mea iuno non decet te eſſe tam triſtem tuo ioui.
Quo nunc abis.cl.mitte me.Se.mane.cl.nõ maneo.Se.at pol
Ego te ſequar.cl.obſecro ſanus es.Se.ſanus q̃ te deamo.cl.nolo
Ames.Se.nõ põt impetrare.cl.enecas.Se.uera dicas uelim.
cl. Credo ego iſtuc tibi.Se.reſpice o mi lepos.cl.nẽpe ita ut tu mihi es
Vnde hic amabo unguẽta olent.Se.o perii
Manifeſto miſer teneor.ceſſo caput pallio detergere?
Vt te bonus mercurius pdat myropola quia hæc mihi dediſti.
cl. Eho o tu nihil cana culex uix teneor qn quæ decẽt te dicam.
Senecta ætate unguentis perlitus ignaue incedis.

Se. Pol amico dedi cuidam operam dum emit
Vnguenta.cl.ut cito cōmēratus est.
Ecquid te pudet.Se.oia quæ tu uis cl.ubi in lustra iacuisti!
Se. Ego ne in lustra. cl.scio plusq̄ tu me arbitrare.Se.quid id est!
Quod tu scis.cl.te sene omniū senē neminē esse ignauiorē
Vnde is nihil! ubi fuisti.ubi lustratus ubi bibisti
Adest mecastor uide paliolū ut rugat.se.denet me & te infelicē
Si ego in os meum uini guttā indidi.cl.imo age ut libet.
Bibe aes. disperde rē.se.ohe iā satis uxor est cōprime te nimiū tinnis.
Relinq; aliquātū orationis cras q; mecū litiges
Sed quid ais.iā domuisti animū potius:ut qd uir uelit
Fieri id facias potius q̄ aduersere cōtra.cl.qua de re.
Se. Rogas!super ancilla cassina ut detur nuptū nostro uillico
Seruo frugi:atq; ubi illi bene sit:ligno:aqua calida:cibo.
Vestimentis:ubiq; educet pueros quos pariat
Potius q̄ illi seruo neq̄ des armigero nihili atq; improbo.
Cui homini hodie peculi nummus nō est plūbeus.
Cl. Mirū ecastor te senecta ætate officium tuum
Non meminisse.se.quid iā.cl.qa si facias recte & cōmode
Curare me sinas ancillas quæ mea est curatio.se.q malū homini
Scutigerulo dare iubet.cl.quia enim filio nos oportet
Opitulari unico.se.at q̄q̄ unicus est nihilo magis
Vnicus est ille mihi filius:q̄ ego illi pater :illum mihi æquius est
Quam me illi quæ uolo concedere.cl.tu ecastor tibi homo
Malā rē q̄ris:subolet sentio.se.egon.cl.tu nā qd friguttis.
Quid istuc tam cupide cupis.se.ut enim frugi seruo detur
Potius q̄ seruo improbo.cl.quid si ego impetro:atq; exoro:
Auilico causa mea ut eam illi pmittat.se.qd si ego autē
Ab armigero īpetro eā illi pmittat:atq; hoc credo īpetrassere.
Cl. Conuenit :uis tuis chalinum huc euocē uerbis foras!
Tu eum orato:ego autē orabo uillicū.se.sane uolo.cl.iam hic
Erit: nunc experiemur nostrū uter sit blandior.
Se. Hercules:diq; istam perdant:quod nunc liceat dicere:
Ego discrutior miser amore:illa autē quasi ob industriā
Mihi aduorsatur.subolet hoc iā uxori:quod ego machinor:
Propter eam rem magis armigero dat operam de industria:

Stalino sen.Chalinus Seruus.

se. Vi illū dii omnes pdāt deæq;:Cha.te uxor aiebat tua
q Me uocare.st.ego.n.uocari iussi te.ch.eloq̄re qd uelis
se. Primū ego te porrectiore frōte uolo mecū loqui:

Stultitia eſt ei te eſſe triſtem cuius poteſtas plus poteſt.
Pro bonæ frugi hominē iāpridē eſſe arbitror.Ch.intelligo.
Quin ſi ita arbitrare emittis me manu.ſe.quin id uolo
Sed nihil eſt cupere me factum:niſi tu factis adiuuas.
cha. Quod uelis modo:id ueli me ſcire.ſe auſculta:ego loquar.
Caſſinā ego uxorē ꝓmiſi uillico noſtro dare.Cha.at tua uxor
Filiuſq; ꝓmiſerunt mihi.ſe.ſcio:ſed utrū nūc tu celibē te eſſe
Mauis liberū:an maritū ſeruū ætatē degere:& gnatos tuos.
Optio hæc tua eſt.utrū amb̄arum uis conditionem accipe.
cha. Liber ſi ſim:meo periclo uiuam.nunc uiuo tuo.
De caſſina certum eſt concedere homini nato nemini.
ſe. Intro abi:atq; actutum uxorem huc euoca ante ædis cito:
Et ſitulā huc tecum efferto cū aqua:& ſortis.Cha.ſatis placet.
ſe. Ego pol iſtā iam aliquorſum tragulam decidero.
Nam ſi ſic nihil impetrare potero ſaltem ſortiar.
Ibi ego te & ſuffragatores tuos ulciſcar.ch. attamen
Mihi obtinget ſors.St.ut quidē pol paras cruciatu malo.
ch. Mihi illa nubet:machinare quod lubet quouis modo.
ſe. Abin hinc ab oculis:cha.inuitus me uides:uiuam tamen.
ſe. Sumne ego miſer homo:ſatin omnes res ſunt aduorſæ mihi:
Iam metuo ne olympionem mea uxor exorauerit:
Ne caſſinam ducat:ſi id factum eſt:ecce me nullum ſenem:
Si non impetrauerit etiā ſpicula inſortita ſunt mihi.
Si ſors autē decolaſſit gladium faciam culcitram
Eūque incūbam.ſed progreditur optume:eccum olympio.

Olimpio uilicus.Senex Stalino.

Ol. u Na edepol opera in furnum calidum condito:
Atq; tibi torreto me ꝑ pane rubido hera q̄ iſtā opā a me
Impetres ꝙ poſtulas.ſe.ſaluus ſum:ſalua ſpes ē:ut uerba audio
Ol. Quid tu me hera libertate territas:qd ſi tu nolis:filiuſq; etiā tuus:
Vobis inuitis:atq; amborū ingratiis una libella liber poſſum fieri:
ſe. Quid iſtuc eſt:qui cum litigas olympio:Ol.cum eadē qua tu
Semper:ſe.cum uxore mea:Ol.quam tu mihi uxorem:quaſi
Venator tu quidē es.dies atq; noctes cum cane ætatē exigis:
ſe. Quid ait:quid loquitur tecum:ol.orat:obſecrat ne caſſinā
Vxorem ducam.ſe.quid tu poſtea:ol.negaui enim ipſi me
Conceſſurum ioui ſi is mecum oraret.ſe.di te ſeruaſſint mihi
Nunc in fermento totaſt.ita turget mihi:edepol ego illam
Mediam diruptam uelim.ol.credo edepol eſſe ſiquidem tu
Frugi bone es:uerum edepol tua mihi odioſa eſt amatio.

Inimica est tua uxor:mihi tuus inimicus filius
Inimici familiares.S.quid id tua:unus tibi hic dum
Propitius sit iuppiter.tu istos minutos deos floccifeceris:
Ol. Nugæ sunt istæ magnæ:quasi tu nescias repente ut emoriantur
Humani ioues.sed tandem si tu iuppiter sis emortuus:
Quum ad deos minores redierit regnum tuum.
Quis mihi subueniet tergo:aut capiti:aut cruribus!
Se. Opinione melius res tibi habeat tua:si hoc impetramus ut
Ego cũ cassina cubem.Ol.non hercle opinor posse:ita
Vxor acriter tua instat ne mihi detur.Se.ego sic agam
Coniiciam sortis in sitellam:& sortiar tibi & chalino.ita rẽ
Natam intelligo:necessum est uorsis gladiis depugnarier.
Ol. Quid si sors aliter euenerit quã uoles.
Se. Benedice dis:sum fretus:deos.sperauimus.
Ol. Non ego istud uerbum empsitem titiuilicio
Nam omnes mortales deis sunt freti:sed tamen
Vidi ego dis fretos sæpe multos decipi.Se.sed tace parũ.
Ol. Quid uis.Se.eccũ exit foras chalinus intus cũ sitella & sortibus.
Nunc nos colatis signis depugnabimus.

Mirina coniunx.Chalinus.Olympio

cl. Ace chaline me certiorem quid meus uir me uelit.
ch. Ille edepol ardentem te uidere extra portam metiam
Credo ecastor uellet.cl.at pol ego haud credo: sed certo scio.
Se. Plus artificum est mi q̃ rebar ariolũ hunc habeo domi
Quid si propius attollamus signa fiamusq; obuiam.
Sequere quid uos agitis.ch.adsunt quæ imperauistis omnia
Vxor:sortes:situla atq; egomet.Se.te uno adest plusq̃ ego uolo
ch. Tibi quidem edepol ita uidetur:stimulus ego nunc sum tibi
Eo dico corculum adsudassis iã ex metu mastigia.
cl. Tace chaline:cõprime istunc.cal.immo istunc qui dicit clare:
Se. Depone hic sitellam:sortis cedo mihi:animum aduortite.
Atq; ego censui abs te posse hoc me tum impetrare uxor mea:
Vt uxor cassina mihi daretur.& nunc etiã censeo.
cl. Tibi daretur illa!Se.mihi enim ah non id uolui dicere.
Dum mihi uolui huic dixi:atq; adeo dum mihi cupio pperã
Iamdudũ hercle fabulor.cl.pol tu quidem atq; etiã facis
Se. Huic immo hercle mihi:uah:tandem redii:uix erã in uia.
cl. Per pol sepe peccas:ita fit ubi quid tantopere expetas.
Se. Sed te uterque tuo pro iure:atq; ego & hic oramus.cl.quid est
Se. Dicam enim mea mulsa:de istac cassina huic nostro uillico

Gratiam facias.cl.at pol ego neq; facio:neq; cenſeo.
ſe. Tum igi ur ego ſortis utrinque.cl.iam quis uetat!
ſe. Optimum atq; æquiſſimũ iſtud eſſe iure iudico:
Sin ſecus:patiemur animis æquis.cha.tene
Sortem tibi:uide quod ſcriptum
Vnde unicus eſt:quia iſti priuſq; mihi es:accipe hanc ſis.
ſe. Cedo.ch.mane:unũ ucit in mẽte modo.cha.uide ne qua illic ſit
Alia ſortis ſub aqua.ſe.uerbero men te cenſes eſſe!nulla
Eſt habe quietũ animum.modo quid bonũ atq; fortunatũ
Tuum ſit mihi magnum malum.
ch. Tibi quidem edepol credo eueniet.pietatem tuam noui.
Sed manedum:num iſta aut populna ſors:aut abiegna eſt tua.
mi. Quid tu curas.cha.quia enim metuo ne in aqua ſũma natet
ſe. Age.caue coniicite ſortis nunc iam amabo huc.eccere.
Vxor æqua.Ol.nolim uxori credere.ſt.habe animum bonũ
Ol. Credo hercle hodie deuorabit ſortis ſi attigerit.cha.tace.
Ol. Taceo.deos quæſo ut quidem hodie canem & furcã feras:
cha. Mihi ut ſortitio eueniat:ut quidem hercle pedibus pendeas.
Ol. At tu ut oculos emungare ex capite pernaſum tuos.
Quid times.paratũ oportet eſſe iam laqueum tibi.
ſe. Periiſti.animũaduortite amabo.taceo.nunc tu
Cleoſtrata ne ame memores malitioſe de hac refactũ:aut
Suſpicere tibi permitto tute ſorti.cha.perdis me.Ol.lucrũ faciſt.
cl. Benefacis.cha.deos quæſo ut tua ſors ex ſitella effugerit.
Ol. Ain tu.quia tute es fugitiuos omnes te imitari cupis.
cha. Vtinam tua quidem ſicut herculeis prædicant
Quondam prognatis iſta in ſortiendo ſors deliquerit.
ſe. Tu ut liqueſcas iple actutum uirgis calefacto aere.
Hoc age:is olympio.Ol.ſi hic litteratus me ſinat.
Quod bonũ atq; fortũatũ mihi ẽ.ch.ita uero & mihi.ol.ñ imo hercle
ch. Immo mihi hercle.cl.hic uicunt.tu uiues miſer.ſe.præcide os
Tu illi hodie age ecquid ſit ne obleſis manum.
Ol. Cõpreſſã palma an porrecta ferio!Se.age ut uis.ol.hem tibi.
cle. Quid tibi iſtunc tactio eſt.ol.quia iuppiter iuſſit meus.
cle. Feri malam utille rurſus.ol.pii pugnis cædor iuppiter.
ſe. Quid tibi tactio hunc fuit.ch.quia iuſſit hæc iuno mea.
ſe. Patiundum eſt:ſi quidem me uiuo mea uxor imperium exhibet.
cl. Tam huic loqui licere oportet q̃ iſti!cur omnem mihi
Vituperat malo.ſe.chaline tibi cauendum cenſeo
ch. Tẽpori poſtq̃ oppugnatum eſt os.ſe.age uxor mea iam nunc

Sorti:uos aduortite aĩum præbe tu.Ol.ubi ſim neſcio.
Perii:cor lienoſum opinor habeo iamiãdudum ſalit.
De labore pectus tũdit.ſe.teneo ſortem effer foras.
Iãne mortuus.Ol.oſtende:mea eſt mala:crucias quid eſt.
ſe. Victus es chaline.tum nos diu uiuere olympio gaudeo.
Pietate factum eſt mea:atq; maiorum meorum.
Intro abi uxor:atque adorna nuptias.cl.faciam ut iubes:
ſe. Scin tu ruri eſſe ad uillã longe quo ducat.cl.ſcio.ſe.intro abi.
Et q̃q̃ hoc tibi ægre eſt:tamen fac accurres.cl.licet.
ſe. Eamus nos quoque intro:hortemur ut properent:nũquid moror.
Nam præſente hoc plura uerba non deſidero.

Chalinus.ſeruus.

ch. I nunc me ſuſpendeam meam operam luſerim:
ſ Et præter operam reſtim ſumpti fecerim:& meis inimicis
Voluptatem creauerim.quid opus eſt:qui ſic mortuus eqdem
Tamen ſorti ſum uictus:caſſina nubet uillico.
Atq; id non tam ægreſt iam uiciſſe uilli cũ:q̃ id expetiuiſſe
Opere tam magno ſenem ne ea mihi daret:atque ut illi nuberet.
Vt ille trepidabat:ut feſtinabat miſer:ut ſuſultabat
Poſtq̃ uicit uillicus:atat concedam huc:audio aperiri fores
Mihi beneuolenti:atq; ad me pdeũt hic ex iſidiis: hic ego iſidias dabo

Ol.Villicus:St.ſenex.chalinus.

Vi. Ine modo rus eueniat:remittam ad te uirum cũ furca.
ſ In urbem tanquam carbonarium.St.ita fieri oportet.
Vi. Factũ & curatũ dabo.ſe.uolui chalinum ſi domi eẽt mittere
Tecum obſonatum:ut etiam in mœrore inſuper inimico noſtro
Miſeriam hanc adiũgerem.ch.retro uerſum:cedam ad parietem:
Imitabor nepam:captandus eſt hoc clanculum ſermo mihi
Nam illorum me alter crucitat:alter macerat.
At candidatus cedit hic maſtigia ſtimulorum loculi:
Protollo mortem mihi certum eſt hunc acherũtem
Premittã prius.ui.ut tibi ego inuentus ſum obſequens.
Quod maxime cupiebas:eius copiam feci tibi:erit hodie tecum
Quod amas clam uxore.ſe.tace:ita me di bene ament.
Vt ego uix reprimo labra ob iſtanc rem quin te deoſculer
Voluptas mea.ch.qd deoſculer.quæ res.quæ uoluptas tua:
Effodere hercle hic uolt credo ueſicam uillico.ui.ecquis
Amas nunc me.ſe.immo edepol me quã tu minus:licet ne
Amplecti te:Ch.qd amplecti:ui.licet.Se.ut quia te
Tango:mel mihi uideor lingere.ol.ultra te amator apage te

A dorſo meo.cl.illuc eſt illuc quod hic fecit hũc uilicũ:& idẽ me
Pridẽ quum ei aduorſũ uenerã facere atrienſẽ noluerat ſub ianua.
Vi. Vt tibi morigerus hodie ut uoluptati fui.
Se. Vt tibi dũ uiuam bene uelim pluſq̃ mihi.ch. hodie hercle
Opinor is conturbabit pedes ſolet hic barbatos ſane ſectari uiros
Se. Vt ego hodie caſſinam deoſculabor:ut mihi bona multa
Faciam contra meã uxorẽ aſtute:ch.nunc pol ego demũ
In rectã redii ſemitã:hic ipſus caſſinã deperit.ſe. abeo.
Viros iam hercle amplexari:iam oſculari geſtio. Vi.ſine prius
Deduci:quid malum operas. Se.amo. Vi.at nõ opinor fieri
Hoc poſſe hodie:ſe.poteſt:ſi quidẽ cras cẽſes te poſſe
Mitti manu.ch.enimuero huc aures magis ſunt
Adhibẽdæ mihi.iam ego uno in ſaltu apros capiã duos.
ſe. Apud hũc ſodalẽ meũ atque uicinum mihi locus eſt paratus:
Si ego omnem amorem meum cõcredui is mihi ſe locum
Dixit dare. Vi.quid eius uxor. ubi erit.Se.lepide reperi
Mea uxor uocabit huc eam ad ſe in nuptias:ut hic ſit ſecum.
Se adiutet :ſecum cubet:ego iuſſi & dixit ſe facturã uxor meã.
Illã huc cubabit: ſi uir abierit faxo tu rus uxorem duces.
Idrus domus hæc erit tantiſper dũ ego cum caſſina faciã nuptias.
Hinc tu ante lucem rus:cras duces poſtea.ſatin aſtute.
ch. Age modo fabricamini:malo hercle noſtro tam uorſuti uiuitis.
Se. Sin quid nunc facias.ui.loquere.ſe.tene marſupium.
Abi atq; obſona:propera:ſed lepide uolo molliculas eſcas ut ipſa
Mollicula ẽ.ui.licet. Se.emito ſopiolas lepidas lolligiunclas
Ordeas.ch.imo triticeias ſi ſapis ſoleas.qui quæſo potius
Quam ſulponeas qbus batuatur tibi os ſenex nequiſſime.
Vi. Vin lingulacas.ſe.quid opus eſt quando uxor domi eſt:
Ea lingulaca ẽ nobis:nam nũquã tacet.ui.in re præſenti
Ex copia piſcaria conſule qd emã.Se.æquũ oras.abis:
Argẽto parci nolo obſonato ampliter:nam mihi uicino hoc etiã
Conuento eſt opus:ut q̃ mandaui curet. Vi.iam ne abeo?
ſe. Malo.ch. tribus non conduci poſſum libertatibus quin ego illis
Hodie comparem magnum malum:quique hanc omnem rem
Meæ heræ iã faciam palã manifeſto teneo innoxa inimicos meos.
Sed ſi nunc facere uolt hera officium ſuũ noſtra omnis lis eſt.
Pulchra re præuortar uiros noſtro omẽ:it dies:iã uicti uicimus
Ibo intro:ut id quod alius condiuit cocus.ego nunc uiciſſim
Vt alio pacto condiam qcquid prandii eſt ut paratũ ne ſiet
Sietq̃ ei paratũ quod paratũ non erat.

Stalino. Alceſſimus. ſenes: duo.

Sta. Vnc amici anne inimici ſis imago alceſſime mihi ſciam
n Nũc ſpecimen ſpecitur: nũc certamen cernitur:
Al. Curã erue: curam exime: caſtiga te: id poito ad compendiũ.
Cano capite: ætate aliena: eo addito ad compendiũ.
Cui ſit uxor: id quoq; illuc ponito ad compẽdium
Miſeriorem ego ex amore quã te uidi neminem.
Sta. Fac uacent ædes. al. quin edepol ſeruos: ancillas domo certũ eſt
Omnis mittere ad te. ſta. eho nimiũ ſcite ſcitus: es: ſed facito
Dum meruí aper uorſus quos cantat colax cũ cibo.
Tũ quoque facito ut ueniant quaſi eant ſutriũ.
Al. Meminero hẽ nunc enim tu demum nullo ſcito ſcitus es.
Sta. Cura: ego ad forũ modo ibo: iam hic ero. al. bene ambula.
Se. Fac habeant linguam tuæ ædes. al. quid ita? ſta. quũ uenia inuocẽt.
Al. Aetate cedũdus tu homo es: nimias delicias facis. ſta. qd me amare
Refert niſi ſũ doctus? dicas unus: ſed tu caue inqſitiõe mihi ſis al. uſq;
adero domi. Cleoſtrata. Alceſſimus.
Cle. T properarem arceſſere hanc ad me uicinã meam hoc erat.
u Ecaſtor id quod me uir tanto opere orabat meus liberæ ædes
Vt ſibi eſſent: caſſinam q; deducerent: nũc adeo nequaquã
Arceſſam: ignauiſſumis liberi loci poteſtas ne ſit uetulis uerucibus.
Sed eccũ egreditur ſenaticolumen: præſidium populi
Meus uicinus meo uiro qui liberum præbet locũ.
Non ecaſtor uilis emptus eſt modius q uenit ſalis.
Al. Miror huc iam non arceſſi in proximũ uxorem meam
Quæ iam ſi arceſſatur dudũ ornata expectat domi.
Sed eccam opinor arceſſit. ſalue cleoſtrata.
cl. Et tu alceſſime ubi tua uxor. al. intus illa te ſi ſe arceſſas
Manet nam tuus uir me orauit ut eam iſtuc ad te adiutũ mitterem
Vin uocem. cl. ſine nolo ſi occupata eſt. al. otium eſt.
cl. Nihil moror. cha. moleſta ei eſſe nolo. poſt cõuenero.
Al. Non ornatis iſtic apud nos nuptias. cl. orno & paro:
Al. Non ergo opus eſt adiutrice. cl. ſatis domi eſt ubi nuptiæ
Fuerint. tũ iſtam conuenibo: nũc uale atq; iſtam iube.
Al. Quid ego nunc faciam flagitium maximũ feci miſer:
Propter operam illius hirqui improbi edentuli
Qui hoc mihi cõtraxit: operam uxoris polliceor foras
Quaſi catillatũ: flagitiũ hominis qui dixit mihi
Suam uxorem hanc arceſſituram eſſe ea ſe eam negat morarier:
Atq; edepol mux: ni ſubolet iam hoc huic uicinæ meæ.

Verz autem altrouersum meam mecum rationem puto.
Sed quid eius esset mecum postulatio.
el. Ibo intro: ut subducã nauim rursum in poluinarium.
Iam hic est lepide ludificatus: miseri ut festinant senes.
Nunc ego illũ nihili decrepitũ meum uiũ ueniat uelim:
Vt eum ludificem uicissim: postquam hũc delusi alterum.
Nam ego aliquid contrahere cupio linigi inter eos duos.
Sed eccum incedit. at quũ aspicias tristem: frugi censeas.

Stalino Senex. Cleostrata.

Tulticia magna est mea. q̃ sinam hominem amatorem
s Vllũ ad forũ pcedere in eũ diẽ: cui q̃ amet immundũ fiet.
Sic ego feci stultus: contriui diem dũ asto aduocatus cuidam
Cognato meo quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo
Ne me nequicq̃ sibi hodie aduocauerit: rogitare oportet.
Prius & contarier adsit ne ei animus: necne adsit: quẽ aduocet.
Si neget adesse examinatum amittat domũ: sed uxore mante
Aedis eccã ei misero mihi metuo: ne nõ sit surda: atq; hæc audiuerit
Cle. Audiui ecastor cũ malo magno tuo. sta. accedam
Quid agis mea festiuitas? cl. te ecastor præstolabar
se. Ianne ornata res est. iãne hanc tradusti huc ad nos uicinam tuam.
Quæ te adiutaret? cl. accersiui ut iusseras: uerũ hic sodalis
Tuus amicus optimus nesc o quid se suffilauit uxori suæ
Negauit posse: quando arcesso: mittere. St. uitium tibi istuc
Maximũ est: blanda es parum. cl. non matronas est
Officium: sed meretricum uiris alienis mi uir subblandirier
I tu atq; arcesse illam ego intus quod facto est opus
Volo accurare mi uir. se. ppera ergo. cl. licet. iã pol ego huic aliquem
In pectus iniiciam metũ: miserrimũ hodie hũc ego habeo amasium.

Alcessimus. Senex Stalino.

Al. Olo huc amator si a foro rediit domũ q me atq; uxorem
Ludificatus ẽ latrun. sed eccũ ãte ædis. ad te hercle ibã cõmodũ.
St. Atq; ego hercle ad te. quid ais uir minimi precii.
Quid tibi mandaui: quid tecũ oraui. al. quid est.
St. Vt bene uacuas ædis fecisti mihi: ut traduxisti huc ad nos
Vxorem tuam satin propter te pereo ego: atq; occaso.
Al. Quin tu suspẽdis te nẽpe tute dixeras tuã arcessituram
Esse uxorem meam. Sta. ergo accersiuisse ait sese: & dixisse te
Eam non missurum. Al. quin ea ipsa ultro mihi
Negauit eius operam se morarier. Sta. quin ea ipsa
Me ad legauit qui istam accerserem? Al. qui nihil facio.

St. Quid me perdis. Al. quin bene est.
Quin etiam diu morabor: quin cupio tibi: qn aliquid ægre
Facere: qn faciam libens. nūquam tibi hodie qui erit
Plus quam mihi. quin hercle dei te perdant postremo quidem.
St. Quid nunc? missurus ne es ad me uxorē tuam?
al. Ducas: easq; in maximam malam crucem
Cum hac: cum istac: cunque amica etiam tua
Abi: & aliud cura. ego iam per ortum iussero
Meam istuc transire uxorem ad uxorem tuam
St. Nunc tu mihi amicus es in germanum modum.
Qua ego hunc amorē mihi esse aut dicam datū:
Aut quod ego unq̃ erga uenerē inique fecerim.
Cui sic tot amanti mihi obuiam eueniant moræ:
Atat quid illud clamoris obsecro in nostra domo est:

Stalino Senex. pardalisca. Ancilla.

Vlla nulla sum tota tota occidi: cor metu mortuū est
par. n Mēbra misere tremūt: nescio unde auxilii: præsidii
Perfugii mihi: aut opū copiā cōparem aut expetam.
Tanta factis modo mira ueris modis intus uidi: nouam
Atq; integrā audaciam: caue tibi cleostrata abscede
Ab ista obsecro: ne quid in te mali faxit ira percita.
Eripite isti gladium quæ sui est impos animi.
St. Nā qd est quod hæc huc timida atq; exanimata exiluit
Pardalisca. par. perii unde meæ usurpant aures sonitum.
St. Respice modo ad me. par. here mi. sta. quid tibi est:
Quid timida es: par. perii. sta. quid peristi:
pa. Perii & tu peristi. sta. aperi quid tibi: par. ue tibi.
St. Immo istuc tibi sit. pa. necat: amabo tene me.
Se. Quicquid est eloquere mihi cito. par. contine pectus
Face uentulum amabo pallio. sta. timeo hoc negocium qdem
Nisi hæc imeraglosæ uspiam percussit florelybico.
pa. Obtine auris amabo: sta. in malam crucem pectus:
Auris: caput: teq; di perdiunt: nam nisi ex te scio.
Quicquid hoc scito: nā ubi istuc cerebrū disptiam execrata
Ludibrio pessuma adhuc quæ me habuisti.
pa. Here mi. sta. quid uis mea ancilla. pa. nimium sæuis
St. Numero dicis sed hoc qcquid est loquere in pauca refer.
Quid intus tumulti fuit: par. scibis audi.
Malum pessimūq; hic modo intus apud nos.
Tua ancilla hoc pacto exordiri cœpit: q̃ haud autbicam

Addecet diſciplinam.ſta.quid eſt id.pa.timor,
Præpedit dicta linguæ.ſta.qd eſt:poſſum ſcire ego:iſtuc
Ex te quid negocii eſt:par.dicam tua ancilla:quã tuo
Villico uis dare uxorem ea intus.St.qd intus:quid eſt.
pa. Imitatur malarũ malum:diſciplinam uiro ſuo quæ interminatur
Vitam.St.quid ergo.par.ah.ſta.quid:
St Interimere ait uelle uitã gladio.ſta.hem.pa.gladium:
pa Quid eum gladium.pa.habet.St.hei miſero mihi cur eum habet.
pa. Inſectatur omnis domi per ædis:nec quẽq; ppe ad ſe ſinit adire:
Ita omnis ſub arcis:ſub lectis latentes metu muſſitant
St. Occidi:atq; interii.quid illi obiectum eſt malitiæ repente:
pa. Inſanit.St.ſceleſtiſſimũ me eſſe credo.pa.imo ſi ſcias
Dicta quæ dixit hodie.ſta.iſtuc expeto ſcire:quid dixit:
pa. Audi per omnis deos & deas deiurauit occiſurũ eum hac
Nocte quicũ cubaret.ſta.me occidet.pa.an quippiam
Ad te attinet:St.uah.par.qd cũ ea negocii tibi eſt.
St. Peccaui: illunc dicere uillicũ uolebam.pa.ſciens de iuia
In ſemittã regredere.St.nũquid mihi minatur.
pa. Tibi infeſta ſoli eſt pluſq; cuiq;.ſta.quãobrem:
Quia ſi des uxorẽ olympioni neq; ſe tuã:nec ſe ſuã neq; uiri:
Vitam ſinet in craſtinũ ptolli:id huc miſſa ſum tibi ut dicerẽ
Ab ea ut caueas tibi.St.perii hercle ego miſer
Neq; eſt:neq; fuit me ſenex quiſq; amator
Adæque miſer.pa.ludo ego hunc facete.
Nam quæ facta dixi:oia huic falſa dixi hera atq; hæc dolum
Vt requiram:atq; ut eũ mecũ ad te adducam simul.
Nam illud animus meus miratur si a me tetigit nuncius.
Quid remoratur.ibo & uisam huc ad eũ si forte est domi

Mnesilochus:Pistoclerus.

Mn. Eddidi patri omne aurũ.nunc ego illam me uelim conuenire
Postq̃ inanis sum:contẽptricem meam:sed cõueniam mihi
Quã grauate pater dedit de chrysalo.uerũ postremo ipetraui
Vt ne quid ei subcenseat:pi.est ne hic meus sodalis:
mn. Est ne hic hostis quem aspicio meus:pi.certe is est.
mn. Is est adibo cõtra:& tollam gradũ:pi.saluus sis mnesiloche.
mn. Salue:pi.saluus cum peregre aduenis.cœna detur
mn. Non placet mihi cœna quæ bilem mouet.pi.num quæ
Aduenienti ægritudo.obiecta est.Mn.atq; acerrime.
pi. Vnde:mn.ab homine quem mihi amicum esse
Arbitratus sum ante hac.pi.multi more isto atq; exemplo
Viuunt quos eũ censeas tibi amicos:reperiũtur falsis testimoniis.
Lingua factiosi:inertes opa: sublesta fide: nullus est q non inuideat
Rem secundam obtingere sibi ne inuideatur:ipsi ignaui recte cauẽt:
mn. Edepol ne tu illorũ mores per quã meditate tenes.sed etiã unũ hoc
Ex ingenio malum inueniunt suo.

Nulli amici ſunt.inimicos ipſi in ſe omnis habent
Atque ſe cum fruſtantur:fruſtrari alios ſtolidi
Exiſtimant:ſicut eſt hic:quem eſſe amicum ratus
Ipſus ſum mihi ipſe quod in ſe fuit accuratum habuit:
Quod poſſet mali facere in me incōciliare
Copias omnis meas.pi.improbum iſtuc eſſe oportet hominem.
mn. Ego ita eſſe arbitror.pi.obſequere hercle loquere quis eſt.
mn. Bene ualens uiuit tibi:nam ne ita eēt tecum orarē:ut ei quod poſſes
Male facere faceres.pi.dic modo hominem qui ſit:ſi non fecero:
Et male aliquo pacto me etiam dicito ignauiſſimum.
mn. Nequam homo ē.uerū hercle amicus eſt tibi.pi.tāto magis
Dic quis eſt:neq̄ hominis ego paruipendo gratiam:
mn. Video non poſſe:quin tibi eius nomen piſtoclere perdidiſti
Me ſodalem funditus.pi.quid iſtuc eſt.mn.quid eſt
Miſi ne ego ad te ex epheſo epiſtolam ſup amica:ut mihi inuenires
pi. Fateor factum & repperi!mn.qui tibi nō erat meretricum aliarum
Athenis copia.qbus cū haberes rē niſi cū illa quā ego mādaſſem tibi
Occiperes tu te amare & me ires conſultū male.pi.ſanun es.
mn. Rem repperi omnem ex tuo magiſtro ne nega:perdidiſti me.
pi. Etiam ne ultro tuis me proiectas probris quid clamas!
mn. Bacchidem.pi.duas ergo hic intus eccas bacchides.mn.quid duæ!
pi. Atq; ambas.mn.loqueris nūc nugas ſciens.pi.poſtremo ſi ſpergis.
Parum mihi fidem arbitrarier tollam ego te in collum
Atq; intro hinc auferam:imo.mn.ibi mane.
pi. Non maneo:neq; tu me habebis falſo ſuſpectum mn.ſequor

Parafitus.puer.

pa. Aarafitus ego ſum hominis neq̄ atq; improbi militis:
Qui amicam ſecum auexit ex ſamo.
Nunc me ire iuſſit ad eam:& percontarier
Vtrum ne aurum reddat an ne eat ſecum ſimul
pu. Tu dudum puer cum illa uſq; iſti ſimul
Quæ hæc ſunt ædes pulta.adi actutum ad fores.
pa. Recede hinc dierecte.pu.ut pulſat propudium.
Comeſſe panē tris pedes latū potes:fores pultare neſcis:
pa. Ecquis his in ædibus eſt.heus ecquis hic eſt.
Ecquis hoc aperit hoſtium ecquis exit.

Piſtoclerus.parafitus.

Vid iſtuc:quæ iſtæc ē pulſatio:quæ te mala crux agitat.
Qui ad iſtūc modū alieno iuris tui extētes hoſti o.fores
Pene eſtregiſti.qd nunc uis tibi.pa.aduleſcens ſalue.pi.ſalue

Sed quem quæritas.pa.bacchidem.
pi. Vtram ergo.pa.nihil scio nisi bacchidem
Paucis me misit miles ad eam cleomachus.
Vel ut ducentos philippos reddat aureos.
Vel ut hinc inelatiam hodie eat secum simul:
pi. Non id negato esse ituram:abi & renuntia
Alium ille amat:nõ illum ducte ab ædibus.
pa. Nimis iracunde.pi.at sin q̃ iracundus siem.
Ne tibi hercle haud longe est os ab infortunio:
Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.
pa. Cum ego huius uerba interpretor mihi cautio ẽ:
Ne nuncifrangibula excussit malis meis.
Tuo ego istæc igitur dicam illi periculo.
pi. Quid ais tu.pa.ego istuc illi dicã.pi.dic mihi qs tu es.
pa. Illius sum integumentũ corporis.pi.nequam
Esse oportet.cui tu integumentũ improbus es.
pa. Sufflatus ille huc ueniet.pi.diruptum uelim.
pa. Nunquid uis.pi.abeas celeriter:facto est opus.
pa. Vale dentifrangibule.pi.& tu integumentũ uale.
In eum nunc hæc reuenit res locũ ut quid cõsilii
Dem sodali super amica nesciam.
Qui iratus renumerauit omne aurum patri.
Neq; nummus ullus qui reddatur militi.
Sed huc concedam:nam crepuerunt fores
Mnesilocus eccum molestus pergreditur foras:

Mnesilocus.pistoclerus.

Etulans.pteruo iracundo animo indomito incogitato.
p Sine modo & modestia sum sine bono iure.atq; honore.
Incredibilis imposq; animi:inamabilis.inlepidus.uiuo
Male uolente ingenio natus.postremo id mihi est quod uolo
Ego aliis incredibile hoc nequior nemo est.neque indignior
Q uoi dii benefaciãt:neq; quẽ qsq; homo:aut amet:aut adeat
Inimicos quam amicos æquũ est me habere malos q̃ bonos.
Permagis me iuuare:oĩbus.pbis quã iprobis uiris digna ẽ dignior
Nullus ẽ homo:qui patri reddidi omne aurum amans
Quod fuit præ manibus:sum ne ego homo miser.
Perdidi me:atq; operam chrysali.pi.cõsolãdus hic mihi ẽ: ibo ad eum
Mnesiloche quid fit.mn.perii:pi.dii melius faciant.
mn. Perii.pi.nõ taces insipiens.mn.taceam.pi.sanus satis non es.
mn. Perii multa mala mihi in pectore nunc acria atq; acerba euenũt

Crimini me habuisse fidem imerito tibi iartus fui.
pi: Eia bonum habe animū:mn.unde habeam:mortuus
Pluris precist quā ego sum.pi.militis parasitus modo uenerat
Aurum petere:hinc cū ego me his dictis malis:
Hic foribus atq; repuli.reieci hominem.mn.quid mihi id prodest.
Quid faciā nihil habeo miser:ille quidem hanc abducet scio.
pi. Si mihi nō est nō polliceor:mn.scio dares:noui:sed nisi ames
Non habeā tibi fidē tantā nunc agitas sat tute
Tuarū rex ego ne opem mihi ferre putē posse inopem te.
pi. Tace modo deus secundus respiciet nos aliquis:mn.nugæ
pi. Mane!mn.quid est!pi.tuā copiam eccā:chrysalū uideo.

Chrysalus Seruus. Mnesilocus pistoclerus adolescens

Vnc hoiem decet auro expēdi:huc decet statuā statui ex auro
Nā duplex hodie facinus feci:duplicibus spoliis sum affectus
Hex maiorem meū:ut ego hodie lusi lepide:ut ludificatus est
Callidū senem callidis dolis:cōpuli.& pepuli mihi oia ut crederet.
Nunc amanti hero filio secus:q cū ego bibo:qui cū edo:& amo:
Regias copias aureasq; attuli:ut domo sumeret:neu foris,quæreret.
Non mihi placent isti parmenones syri.qui duas aut tres minas
Auferunt heris:nequius nihil est q̄ egens consilii seruus.
Nisi habet pectus multipotens ubicūq; usus siet pectore expromat
Nullus frugi esse potest homo nisi qui & bene:& malefacere tenet.
Improbis cū iprobus sit:harpaget:furibus furetur.qd queat
Versipellem:frugi cōuenit esse hominem pectus cui sapit.
Bonus sit bonis:malus sit malis:ut cūque res sit:ita animū habeat.
Sed lubet scire quātū aurex heruf sibi dēpsit:& qdē suo reddidit patri.
Si frugi est herculem fecit ex patre decumam partem ei dedit.
Sibi nouem abstulit.sed quē quæro optime ecce obuiam mihi est
Num qui nūmi exciderunt here tibi:q; sic terram obtuere.
Quid uos mœstos:tanq̄ tristes esse cōspicor:nō placet nec temere ē.
Etiā quin mihi respondetis quia malū parū.mn.imo uero
Nimio minus multo parum chrysale occidi.ch.fortassis tu auri
Dempsisti parum:quid igitur stulte quoniā occasio ad eā rem fuit
Mea uirtute parta ut quantum uelles tantū sumeres.si hoc digitulis
Duobus sumebas prioribus.an nesciebas q̄ eiusmodi
Homini raro tempus se daret.mn.erras.ch.at quidē tute
Errasti cum parū immersisti ampliter.mn.pol tu
Quam nunc me accuses magis:si magis rē noueris!
ch. Occidi:iam animus istoc dicto plus præsagitur mali!
mn. Perii.ch.quid ita.mn.quia patri omne cū ramento reddidi!

Ch. Reddidisti.mn.reddidi.ch.omne ne.mn.omne oppido.
ch. Occisi sumus:qui in mentē uenit tibi istuc facinus facere tā malū
mn. Bacchidem atq; hunc suspicabar propter crimen chrysale me male
Consuluisse ob eam rem omne aurum iratus reddidi meo patri
ch. Quid ubi reddebas aurum dixisti patri.mn.me id aurum accepisse
Extemplo ab hospite archimenide.ch.hem istoc dicto dedisti
Hodie incruciatum chrysalum:nam nisi me aspicit ad carnificē
Rapiet continuo senex.mn.ego patrem exoraui.
ch. Nempe ergo hoc ut faceret:quod loquor:Mn.immo tibi ne noceat
Neu quid ob eam rem succēseat atq; ægre impetraui.
Nunc hoc tibi curandum est chrysale.ch.quid uis curem
mn. Vt ad senem etiam alterā facias.uiam compara.fabricare finge
Quod lubet cōglutina ut senem hodie doctum docte falsas aurumq;
Auferas.ch.uix uidetur fieri posse:mn.perge hac facile hæc
Feceris.ch.qua malum facile quem mendacii prehendit manifesto
Modo quem si orem ut mihi nihil credat:id non ausit credere.
mn. Immo si audias quæ dicta dixit me aduersum tibi.
ch. Quid dixit.mn.si tu illum solē:sibi solem esse dixeris: se illum lunam
Credere esse.& noctem qui nunc ē dies.ch.emūgam
Hercle hominem probe hodie:ne id nequicq̄ dixerit.
mn. Nūc quid nos uis facere.ch.enim nihil est nisi ut ames impero
Cæterum quālibet me poscitote aurū:ego dabo:quid mihi
Refert chrysalo esse nomen nisi factis probo:sed nunc quantulū
Vsus est auri tibi mnesiloche dic mihi.mn.militi nummis
Ducentis iam usus ē pro bacchide.ch.ego dabo
Tum nobis opus est sumptu.ch.ah.placide uolo unū quod agamus
Hoc ubi egero:tum istuc agam:de ducentis nummis:primū intendam
Balistam in senem:& balista si peruortam turrim & propugnacula
Recta porta inuadam extemplo in oppidum antiquū & uetus
Si id capso:geritote amicis nostris aux:cor sperat bus si cui animus.
pi. Apud te est animus noster chrysale.ch.nunc tu abi intro
Pistoclere ad bacchidem:atq; effer cito:pi.quid.
ch. Stilum ceras & tabellas & linum.pi iam faxo hic erunt.
mn. Quid nunc es facturus.id mihi dice.ch.coctum prandium
Vos duo eritis atq; amica tua erit tecū tertia.mn.sicut dicis.
ch. Pistoclero nulla amica est.mn.immo est.alteram ille amat
Sororem.ego alterā.ambas bacchides.ch.quid tu loqueris.
mn. Hoc ut futuri sumus.ch.ubi est biclinium uobis stratum.
mn. Cur id exquæris.ch.res si ita est dici uolo.nescis quid ego
Acturus sim.neque facinus quantū exordiar:mn.cedo

Manũ ac ſubſequere propius me ad fores:intro inſpice.
Ch. Euax nimis bellus:atq; ut eſſe maxime obtabam locus:
pi. Quæ imperauiſti imperatum bene bonis factũ illico eſt.
ch. Quid paraſti.pi.quæ parare tu iuſſiſti omnia.
ch. Cape ſtilum propere:& tabellas tu has tibi:mn.quid poſtea:
ch. Quod iubeo:ſcribito iſtic:nam propterea uolo ſcribere.
Vt pater cognoſcat litteras.quando legat.ſcribe.
mn. Quid ſcribam.ch.ſalutem tuo patri uerbis tuis.
pi. Quid ſi potius morbum mortem ſcribat:id erit rectius.
mn. Ne interturba:iam imperatũ in cera eſt.
ch. Dic quemadmodũ.mn.mneſilochus ſalutem dicit
Suo pri.ch.adſcribe hoc cito.chryſalus mihi uſq; quaq; loquitur
Nec recte pater:quia tibi aurꝫ reddidi:& quia nõ te fraudauerim?
pi. Mane dum ſcribit.ch.celerem oportet eſſe amatoris manum.
pi. Atq; idem hercle ẽ perdũdum:magis q̃ adſcribendum citus.
mn. Loquere hoc ſcriptum eſt.ch.nunc pater mi proin tu ab eo.
Vt caueas tibi ſycophantias componit:aurũ ut abs te auferat
Et profecto ſe ablaturꝫ dixit plane adſcribito.mn.dic modo.
ch. Atque id pollicet ſe daturũ aurꝫ mihi:quod dem ſcortis.
Quodque in luſtris comedã.& cõgregem pater.
Sed pater ne tibi hodie uerba det q̃ſo caue.mn.loquere porro.
ch. Adſcribe dum.mn.etiã loquere dũ id ſcribam modo.
ch. Sed pater quod pmiſiſti mihi id quæſo ut memineris:
Ne illũ uerberes.uerꝫ apud te uinctũ aſſeruato domi.
Cedo tu ceram ac linum actutũ:age obliga:obſigna cito.
mn. Obſcero quid iſtis ad iſtuc uſus es conſcriptus modũ.
Vt tibi ne quid credat:atque ut uinctũ te adſeruet domi.
ch. Quia mihi ita lubet.potin ut cures te:atq; ne parcas mihi
Mea fiducia opus cõduxi:& meo periculo rem gero.
mn. Aequũ dicis.ch.cedo tabellas.mn.accipe.
ch. Animaduortite:mneſiloche:& tu piſtoclereiam facite.
In biclinio cũ amica ſua uterque accubitũ eatis:ita negociũ eſt.
Atque ibidẽ ibi ſunt lecti ſtrati:potetis cito.
pi. Nũquid aliud.ch.hoc atq; etiã ubi erit accubitũ ſemel
Ne quoq̃ exurgatis:donec a me erit ſignum datum?
pi. O imperatorẽ:probum iam bis bibiſſe oportuit.
M. Fugiamus.ch.uos ueſtrũ curate officiũ:ego efficiam meũ

Chryſalus.

Nſanum magnum molior negocium
Metuoq; ut hodie poſſim emolirier.

Sed nūc tu truculento mihi atq; sæuo usus sene est.
Nam non conducit huic sycophantiæ senem trāquillū esse
Vbi me aspexerit:uersabo ego illū hodie:si uiuo pbe.
Tam frictū ego illū reddam q̄ frictū est cicer.
Adambulabo ad hostium:ut quando exeat
Extemplo aduenienti tabellas dem in manu.

Nicobolus.Chrysalus.

Ni. Imo illæc res est mane diuidiæ mihi
Subter fugisse sic mihi hodie chrysalū.
ch. Saluus sum iratus est senex:nūc est mihi
Adeundi ad hominem tēpus.hic quis loquitur prope
Atq; hic quidem opinor chrysalus.ch.accessero.
ni. Bone serue salue:quid fit:q̄ mox nauigo in ephesum:
Vt aurum repetam ab theotimo domū:taces.
Per omnes deos adiuro:ut ni meum gnatū tam amem
Atq; ei facta cupiam:quæ is uelit.ut tua iā uirgis latera
Lacerentur probe:ferratusque in pistrino ætatē conteras.
Omnia resciui scelera ex mnesilocho tua.
ch. Men criminatus est:optime est:ego sum malus.
Ego sum sacer:scelestus spectare mō ego uerbū faciā.
ni: Et iam carnifex minitare.ch.nosces tu illum actutū
Qualis sit nunc hasce tabellas ferre me iussit tibi.
Orabat quod istic est scriptū fieret.Ni.cedo
ch. Nosce signum.ni.noui:ubi ipse est.ch.nescio:
Nihil iam me oportet scire:oblitus sum omnia
Scio me esse seruū:nescio etiam id quod scio:
Nunc ab trasenna hic turdus lumbricū petit.
Pendebit hodie.pulchre ita intendi tenus
Manedum parumper:iam ad te exeo chrysale.
ch. Vt uerba mihi dat:ut nescio quā rem gerat.
Seruos arcessit intus qui me uinciant.
Bene nauis agitatur pulchre hæc confertur ratis
Sed conticiscam.nam audio aperiri fores.

Nicobolus.Chrysalus.

ni. Onstringe tu illi arthamo actutum manus.
ch. Quid feci.Ni.impinge pugnū si mutiueris
Quid hæ loquuntur litteræ.ch.quid me rogas.
Vt ab illo accepi.ad te obsignatas adtuli.ni.eo tu
Loquitatus ne es gnato meo male per sermonem
Quia mihi id aurum reddidit:& te dixisti id aurum

Ablaturum tamen per ſycophantiã.ch.ego neiſtuc dixi.
Ni. Ita.ch.quis homo eſt qui dicat me dixiſſe iſtuc
ni. Tace:nullus homo dicit:hæ tabellæ te arguunt.
Quas tu attuliſti hæ te uinciri iubent.ch.aha
Bellorophontẽ iam tuus me fecit filius
Egomet tabellas detuli ut uincirer ſine
ni. Propterea hoc facio:ut ſuadeas gnato meo:ut pergrãcẽt tecum
Teruenefice.ch.o ſtulte ſtulte neſcis nunc uendi te.
Atq; in eo ipſo adſtas lapide ubi preco prædicat!
ni. Reſponde quis me uendit.ch.quem diligunt di.
Aduleſcens moritur dum ualet.ſentit.ſapit.
Nunc ſi ullus deus amaret plus annis decem
Plus iam uiginti mortuum eſſe oportuit.
Terræ odiũ ambulat:iam nihil ſapit.
Nec ſentit.tanti eſt:quanti eſt fungus putidus!
ni. Tum terræ me odium eſſe autumas!
Abducite hũc intro:atq; aſtringite ad colũnam fortiter
Nunquã auferes hinc aurũ.ch.atqui iam dabis
ni. Dabo:ch.atque orabis me qdẽ ultro ut auferam
Cum illum reſciſſes criminatorem meum:
Quanto in periculo:& quanta in pernicie ſciet.
Tum libertatem chryſalo largibere:ego adeo nunq̃ accipiam!
ni. Dic ſceleq̃ caput:dic quo in periculo eſt meus mneſilocus filius
ch. Sequere hac me.ni.quo gentiũ!ch.tre unos paſſus
ni. Vel decem.ch.agedũ tu arthamo forem hanc pauxillũ
Aperi placide:ne crepa:faxo.iam ſcies:ſat eſt.
Accede huc tu uiden conuiuium.Ni.uideo.
Ex aduorſum piſtoclerũ & bacchidem.ch.qui ſunt
In lecto illo altero.ni.interii miſer.ch.nouiſti ne hominem!
ni. Noui.ch.dic ſodes mihi bellan uidetur ſpecie mulier!
ni. Admodũ.ch.quid illam meretricẽ ne eſſe cenſes.
ni. Quippe.ch.fruſtras.ni.quis igitur obſecro eſt!
ch. Inueneris:ex me quidẽ hodie nunq̃ fies certior.

Cleomachus.Nicobolus.chryſalus

Eã ne hic mneſilocus nicoboli filius per uim ut retineat
m Mulierẽ quæ hæc factio eſt.ni.qs ille eſt.ch.p tempus
Hic uenit.miles.cle.non me arbitrat militẽ:ſed mulierem.
Qui meoſq; nõ queam defendere:nã neq; bellona mihi unquã;
Neq; mars creduat:ni illũ exanimalẽ faxo!ſi conuenero:
Ni ue exhæredẽ fecero uitæ ſuæ.ni.chryſale quis ille eſt

Qui minatur filio.ch.uir hic est illius mulieris q̃ cũ accubat.
Ni. Quid uir.ch.uir inquã.Ni.nupta ẽ illa obsecro.
ch. Scies haud multopost.Ni.oppido interii miser.ch.qd nũc
Scelestus tibi uidet chrysalus:age nunc:uincito me:auscultato
Filio:dixin tibi illum inuentur te qualis siet.Ni.quid nunc
Ego faciam.ch.iube sis me exolui cito:nam ni ego exoluor
Iam manifesto hominẽ opprimet.ch.nihil est lucri quod
Me hodie facere mauelim.q̃ illũ cubantẽ cũ illa opprimere.
Ambo ut necem.ch.audin quæ loquit:qn tu me exolui iubes?
ni. Exoluite istum:perii:pertimui miser.cl.tum illam quæ corpus
Publicat uulgo suũ faxo.se haud dicat nactã quẽ derideat.
Ch. Pacisci cũ illo paula pecunia potes.Ni.pacisceere ergo
Obsecro quid tibi lubet dum ne manifesto hominẽ opprimat
Ne ue eniceat.cl.nũc nisi ducenti philippi redduntur mihi.
Iam illorum ego animã amborũ exorbabo oppido
ni. Hem illoc pacisceere si potes perge obsecro.pacisceere qduis.
ch. Ibo & faciam sedulo:quid clamas.cl.ubi herus tuus est.
ch. Nusq̃ nescio:uis tibi ducentos nũmos iam promittier
Vt ne clamorẽ hic facias:nec conuitiũ.cl.nihil ẽ quod malim
ch. Atq; ut tibi mala multa ingeram.cl.tuo arbitratu.
ni. Vt sublanditur carnifex.ch.pater hic mnesilochi ẽ sequere
Is promittet tibi.tu eũ rogato cæterum uerbum sat est.
ni. Quid fit.ch.ducentis philippis rem pepigi.Ni.uah salus
Mea seruasti me quã mox dico dabo.ch.roga hunc tu:tu
Promitte huic.Ni.promitto roga.cl.ducentos nũmos
Aureos philippos probos dabin.ch.dabunt inquã respõde.
ni. Dabo.ch.quid nũc impure:nũquid debetur tibi.
Quid illi molestus:quia illũ morte territas.& ego te & ille
Mactamus ifortunio:si tibi ẽ machera:& nobis urbina ẽ domi
Quã qdẽ te faciã.si tu me irritaueris cõfessiorẽ soricina nenia
Iam dudũ hercle equidẽ sentio.suspitio quæ te solicitet:cũ
Esse cũ illa muliere.cl.imo est quoq;.ch.ita me iuppiter
Iuno.ceres.minerua.latona.spes:ops.uirtus:
Venus castor pollux:mars.mercurius.hercules
Sumanus.sol.saturnus diiq; omnes ament.ut ille cũ
Illa:neq; cubat neq; ambulat.neq; oscultat neq; illud qd̃ dici solet
ni. Vt iurat seruat me ille suis periuriis.cl.ubi nũc mnesilochus ergo
ch. Rus misit pater.illa autẽ in arcem abiit ædem uisere
Mineruæ:nũc aperta ẽ inuise:ẽ ne ibi.cl.abeo ad forum igitur.
Vel hercle in malã crucem.cle.hodie exigam aurũ hoc

ch. Exige ac suspende te. ne supplicare censeas nihil homo
ch. Ille ē amotus: sine me p te hīc obsecro deos imortalis: ire huc
Intro ad filiū. ni. quid eo introibis. ch. ut cū dictis plurimis
Castigem: cū hæc facta sic ad hūc faciat modū. ni. imo oro
Vt facias chrysale. & te obsecro: caue parsis in eū dicere:
Etiam ne mones? satin ē: si plura ex me audiet hodie mala.
ch. Quā audiuit unquā clinia ex demetrio. ni. lippi illi oculi.
Seruus ē simillimus. si nō ē: uollis esse. neq; desideres.
Si est abstinere: quin attingas nō queas: nā ni illic hodie
Forte fortuna hic foret. miles mnesilochū cū uxore opprimeret sua
Atq; obtruncaret mœchum manifestariū nūc quasi ducētis philippis
Emi filiū. quos dare promisi militi: quos nō dabo temere: & iam
Priusquā filiū cōuenero: nunquā edepol ꝗquā temere credā chrysalo
Verum libet & mihi has perlegere denuo: æquum est tabellis consignatis credere.

Chrysalus. Nicobolus.

Trides duo fratres dicuntur fecisse facinus maximū
a Cū priami patriā pergamū diuina mœniū manu. armis: eqs
Exercitu: atq; eximiis bellatoribus mille cū nūero nauiū decūo
Anno subegerūt: non pelides tormento fuit: prout ego herum
Expugnabo meū: sine classe: sineq; exercitu: & tanto numero militū
Cœpi expugnaui amanti herili filio aurū ab suo patre:
Nunc priusquā huc senex uenit: libet lamentarii dum exeat.
O troia. o patria o pergamū o priame peristi senex.
Qui misere male mulctabere quadringētis philippis aureis.
Nā ego has tabellas obsignatas cōsignatas: quas fero.
Non sunt tabellæ: sed equus quē misere achiui ligneū
Epeius ē pistoclerus ab eo hæc sumpta: mnesilochus si nō est
Relictus: ille nō in busto achilli sed lecto accubat: bacchidē
Habet secū: ille olim habuit ignem qui signū daret: hūc ipsum
Exurit ego sum ulysses cuius consilio hæc gerūtur: tum quæ hic sunt
Scriptæ litteræ: hoc in equo insunt milites armati atque animati.
Probe ita res successit meliusque: adhuc atque hic equus nō in
Arcem uerū in arcā faciet impetū: excidiū. exitiū ex latebra fiet
Hic equus hodie auro senis: nostro seni huic stollido ei pfecto nomen
Facio ego ilio: miles menelaus ē. ego agamēnon idem ulysses
Laertius: mnesilochus ē alexander qui erit exitiū rei pa riæ suæ.
Is helenam abduxit: cuius causa nunc facio obsideri ilion
Nā illic eidē audiui ulyssem: ut ego sum fuisse: & audacē. & malū
Dolis ego deprensus sum ille medicans pene inuētus interiit.

Dum ſibi exquirit fata illo:q:adſimiliter mihi hodie obtigit.
Vinctus ſum:ſed dolis exemi:itē ſe ille ſeruauit dolis
Ilio tria fuiſſe audiui fata quæ illi forent exitio
Signū ex arce ſi periſſet:alterq; etiā eſt troili mors
Tertiū cum portæ ſcæ limen ſuperū ſcinderetur
Paria itē tria eis tribus ſunt fata noſtra huic ilio.
Nā dudū primo ut dixeram noſtro ſeni mēdacium:
Et de hoſpite & de auro.& de lēbo.ibi ſignū ex arce iā abſtuli.
Iam duo reſtabāt fata.tū nec magis id cœperam oppidum
Poſt ubi tabellas ad ſenem detuli:ibi occidi troilum.
Cū cenſuit mneſilochū cū uxore eſſe dudū militis
Ibi me iniūxit ſolui:atq; id periculū adſimilo ulyſſem ut prædicant
Cognitū ab helena eēpditū hecubæ:ſed ut olim ille ſe
Blandiciis exemit:& perſuaſit ſe ut amitteret:
Itē ego dolis me illo expuli periculo:& decepi ſenem.
Poſt hæc cū magnifico milite urbes uerbis q inermis capit
Conflixi atq; hominē repuli:dein pugnā conſerui ſeni.
Cū ego adeo:uno mendacio deuici uno ictu extemplo
Cœpi ſpolia:is nunc ducentos nūmos philippos militi
Quos dare ſe promiſit dabit:nūc alteris etiam ducentis uſus eſt
Qui diſpenſet ilio capto ut ſit mulſum:qui triumphent milites
Sed priamus hic multo illi præſtat non quinquaginta modo
Quadringētos filios habet:atq; equidem oīs lectos ſine pbro
Eos ego hodie omnes cōtrūcabo duobus ſolis ictibus.
Nunc priamo noſtro:ſi eſt quis emptor:comicialem ſenem
Vendā ego uenalē quē hēo extēplo ubi oppidū expugnauero
Sed priamū aſtantē:eccū ante portā uideo.adibo atq; alloquar.
ni. Cuia nā uox ppe me ſonat.ch.o nicobole.ni.quid fit
Quid quod te miſi:ecquid cogiſtin.ch.rogas cōgredere.ni. gradior
ch. Optimus ſum orator:ad lachrymas coegi hominē caſtigando
Maleq; dictis quæ quidem quiui cōminiſci. Ni.qd ait
ch. Verbū nullū fecit:lachrymās tacitus auſcultabat:quæ ego loquebar
Tacitus conſcripſit tabellas obſignatas mihi has dedit:
Tibi me iuſſit dare:ſed metuo ne idem cantent quod priores:
Noſce ſignum ē ne eius.ni.noui libet perlegere has.
ch. Perlege nunc ſuperū limen ſcinditur:nūc adeſt exitiū ilio
Turbat equus lapides ligneus.ni.chryſale ades dū ego has pellego
ch. Quid me tibi adeſſe opus ē.ni.uolo ut quod iubeo facias:ut ſcias
Quæ hic ſcripta ſient.ch.nihil moror:neq; ſcire uolo.
ni. Tamen ades.ch.quid opus eſt.ni.taceas:quod iubeo:id facias.

ch. Adero.ni.heu lras minutas.ch.qui quidē uideat parum
Verꝫ qui ſatis uideat grandes ſatis ſunt.ni animū aduorte igitur
ch. Nolo inq̄.ni.at uolo inq̄.ch.qd opus ē.ni.at enim id quod
Iubeo facias.ch.iuſtū eſt tuus tibi ſeruus:tuo arbitratu ſeruiat
ni. Hoc age ſis iā nunc.ch.ubi lubet recita.auriū operam tibi dabo
ni. Cæræ quidē haud parſit neq; ſtilo:ſed quicqd ē:perlegere certū eſt
O pater ducentos philippos quæſo chryſalo da:ſi eſſe ſaluū uis me
Aut uitalē tibi.ch.malū quidē hercle magnū tibi dico.
ni. Quid ē.ch.nō prius ſalutem ſcripſit.ni.nuſq̄ ſentio.
ch. Non dabis ſi ſapies:uerū ſi das maxume ne ilie aliū gerulū
Quærat ſi ſapiet ſibi:nā ego non laturus ſum:ſi iubeas maxume.
Sat ſic ſuſpectus ſum:cū careo noxia.ni.auſculta porro dum
Hoc q̄ ſcriptū ē perlego.ch.inde a principio iā impudēs epiſtola eſt
ni. Pudet pdire me ad te in cōſpectū pater.tantū flagitiū
Te ſcire audiui meū:quod cū peregrini cubui uxore militis
Pol haud derides:nam ducentis aureis philippis redemi uitam ex fla
gitio tuam.
ch. Nihil ē illorꝫ qn ego illi dixerī.ni.ſtulte feciſſe fateor.ſed quæſo pater.
Ne me in ſtultūcia ſi deliqui deſeras.ego animo cupido: atq; oculis in-
domitis fui.
Perſuaſū ē facere:cuius nunc me facti pudet prius te cauiſſe ergo:q̄
Pudere æquū fuit.ch.eadē iſtæc uerba dudū illi dixi oīa.
ni: Quæſo ut ſat habeas:id pater quod chryſalus me obiurgauit
Plurimis uerbis malis:& me meliorē fecit præceptis ſuis:
Vt te ei hrē gratiā æquū ſit bonā.ch.ne iſtuc iſtic ſcriptum.
ni. Hem ſpecta tū ſcies.ch.ut qd deliquit ſupplex ē ultro oībus.
ni. Nūc ſi me fas ē obſecrare abeſt pater da mihi ducētos nūmos
Philipposte obſecro.ch.ne unum quidem hercle ſi ſapis. ni. ſine
perlegam.
Ego iuſiurandū uerbis cōceptis dedi datuꝫ id me hodie mulieri.
Ante ueſperꝫ priuſq̄ a me abiret:nūc pater ne piurē cura atq; abduc
Me hinc ab hac q̄tū potes:quapropter tantū dāni feci & flagitii
Caue tibi ducenti nūmi diuitiæ fuant ſexcenta tantū reddā
Si uiuo tibi.uale atq; hæc cura:quid nūc cenſes chryſale.
ch. Nihil ego tibi conſilii hodie quicquā dabo:neq; ego haud cōmittā
Vt ſi qd peccatū fiet:feciſſe dicās de mea ſentētia
Verꝫ ut ego opinor:ſi ego in iſtoc ſum loco dem potius auꝫ
Quam illū corrūpi ſinā.duæ conditiones ſunt.utrātu accipias uide
Vel ut auꝫ perdas.uel ut amator periuret.ego neq; te iubeo.
Neq; ueto neq; ſuadeo.ni.miſeret me illius.ch.tuus eſt

Non mirũ facis:si plus perdundũ sit perisse suauius est
Quã illud flagitiũ uolgo dispalescere.ni.ne ille edepol
Ephesi multo mauellem foret dũ saluus esset:q̃ reuenisset domũ
Quid ego istic quod perdundum est properem perdere:binos ducentos philippos
Iam intus efferam:& militi quos dudũ pmisi miser:& istos mane istic
Iam exeo ad te chrysale!Ch.fit uasta troia:scindunt proceres
Pergamũ:sciui ego iamdudũ fore me exitium pergamo
Edepol q me esse dicat cruciatu malo dignũ:ne ego cũ illo
Pignus haud ausin dare.tãtas turbellas facio.sed crepuit foris
Efferẽ præda ex troia.taceam nũc iã!ni.cape hoc tibi aurũ
Chrysale i fer filio:ego ad forũ autẽ hinc ibo:ut soluã militem
ch. Nõ eqdẽ accipiã.proin tu quæras qui ferat:nolo ego mihi credi
ni. Cape uero odiose facis.ch.nõ equidẽ capiã!ni.at quæso
ch. Dico ut res se habet!ni.morare.ch.nolo inquã aurum
Concredi mihi.ni.ohe odiose facis.ch.cedo si necesse est
Cura hoc:iam ego reuenero.ch.curatũ est esse te senem
Miserrimum hoc est icepta efficere pulchre ueluti mihi euenit
Vos ouãs præda onustus incederẽ salute nostra:atq; urbe capta
Per dolum domũ educo integrũ omnẽ exercitũ.
Sed spectatores uos nũc ne miremini.qd̃ nõ triũpho:puulgatũ ẽ.
Nihil moror uerũtamen accipientur mulso milites.
Nunc hanc prædam omnem ad quæstorem deferam.

Nicobolus.

Vã magis ĩ pectore meo foueo:q̃s meus filius turbas turbet
Quã se ad uitã:& quos ad amores præcipitẽ ĩscitus capessat
Magis curæ ẽ.magisq; adformido.ne is pereat:neu corrũpatẽ
Scio ego fui illa ætate:& feci illa omnia:sed more modesto
Neq; placitant mores:quibus uideo uolgo gnatis esse parentes
Duxi.habui scortũ potaui. dedi.donaui.& enim id raro
Ego dare me ludũ meo nato istitui.ut aio obseq dãdo sumere possit
Aequũ eẽ puto:sed nimis uolo desidiæ ei dare ludũ:nũc mnesilocũ
Quod mãdaui uiso:ecquid cũ ad uirtutẽ.aut ad frugẽ opera sua
Compulerit:sic ut eum conuenit:scio fecisse eo ẽ ingenio natus.

Nicobolus.philoxenes.

ni. Vicũq; ubi sunt.qui fuere:quiq; futuri sũt posthac
q Stulti.stolidi.fatui.fũgi.bardi.blẽni.buccones:solus ego oẽs
Lõge ante eo stulticia & moribus indoctis.perii:pudet
Hocciné ætatis ludum his factum esse indigne q̃ magis id repeto
Tam magis uror:quem meus filius turbauit.perditus sum

Atq; etiam eradicatus sum:oibus exemplis crucior.oia me mala
Consectantur:oibus exitiis interii:chrysalus me hodie lacerauit:
Chrysalus me miserũ spoliauit.is me scelus auro usq; adtondit
Dolis doctis indoctũ ut libitũ ẽ.ita miles memorat meretricẽ esse
Quã ille uxorẽ esse aiebat:omniaq; ut quodq; actum ẽ:memorauit
Eam sibi hunc annũ conductã:reliquũ id auri factum:
Quod ego ei stultissimus homo pmisissem:hochoc ẽ peracescit.
Hoc ẽ demũ q; percrucior:me hoc ætatis ludificari:imo ædepol
Sic ludos factum cano capite:atq; alba barba:miserũ me auro
Esse emũctum:perii hoc seruũ meũ nõ nauci facere esse ausum.
Atq; ego si alibi plus pdideri:minus ægre habeã: minusq; id mihi
Dãno ducam.ph.certo hic ppe me mihi nescio quis
Loqui uisus ẽ sed quẽ uideo:hic quidẽ pater mnesilochi est.
ni. Euge sociũ ærumnæ:& mei mali uideo.philoxene salue.
ph. Et tu:unde agis.ni.unde homo miser atq; infortunatus
ph. At pol ego ubi sum esse ibi miserũ hoiem decet atq; ifortunatum
ni. Igitur pari fortũa ætate ut sumus:utimur:ph.sic ẽ sed tu
Quid tibi est.ni.pol mihi par idẽ quod est tibi.
ph. Nũquid nã ad filiũ hæc egritudo attinet.ni.admodũ
ph. Idẽ mihi morbus i pectore ẽ.ni.at mihi chrysalus optimus
Homo pdidit filiũ me atq; rẽ oẽm meã.ph.quid tibi ex filio
Nã obsecro ægre est.ni.scies is periit cũ tuo atq; ambo
Aeque amicas habẽt.ph.qui scis.ni.uidi.ph.hei mihi
Disperii.ni.quid dubitamus pultare atque huc euocare
Ambas foras.ph.haud moror.ni.heus bacchis:iube sis
Actutũ aperiri:nisi mauelis fores & postes cõminui securibus
Bachis.Nicobolus.Bachis philoxenes
Vis sonitu tumultuanti noie noiat me:atque pultat
q Aedes.Ni.ego atque hic.Ba.quid hoc est negocii:
Nam amabo qs has huc ouis adegit.ni.ouis nos uocant
Pessume.ba.pastor hax dormit:cũ hæ eũt sic a pecu balitãtes
Ba. Et pol nitẽt:haud sordidæ uidẽtur ambæ
Ba: Attõsæ hæ qdẽ ambæ usq; sũt.ni.ut uidenẽ deridere nos.
ph. Sine suo usq; arbitratu.ba.rerin ter in anno tu has tõsitari.
ba. Pol hodie altera iam bis detonsa certo ẽ.ba.uetulæ sũt thimianæ
Et bonas fuisse credo uiden limulis obsecro ut intuentur.
ba. Ecastor sine omni arbitror malitia eẽ.ph.merito hoc nobis fit
Qui quidẽ huc uenerimus:Ba.cogãtur quidem intro
ba. Haud scio quid eo opus sit quæ nec lactem:nec lanã ullã habent
Sic sines astent:exoluere quanti fuere:omnis fructus iam illis

Decidit:non uides ut balantes ſolæ libere craſſentur:quin ætate
Credo eſſe mutas.ne balāt quidem cū a pecu cætero abſūt:
ph. Stultæ atq; malæ uidentur.ba.reuertamur intro ſoror
ba. Ambæ.Ni.manete hæ oues uolunt uos.ba.prodigiū hoc quidē eſt
Humana nos uoce appellant oues.ph.hæ oues:uobis malam
Rem:magnā cū dent dabunt.ba.ſi quā debes te condono tibi habe
Nunquam abs te petam:ſed quid eſt.quapropter nobis uos malum
minitamini?
ph. Quia noſtros agnos cōcluſos iſtic eſſe aiunt duos.ni.& præter eos
Agnos meus eſt iſtic clam mordax canis:qui niſi nobis producuntur
Iamque emittantur foras arietes truces nā erimus iā:in uos
Incurſabimus.ba.ſoror eſt quod te uolo ſecreto.ba.eho
Amabo.ni.quo illæ abeunt.ba.ſenem illū tibi dedo
Veteriorem.lepide ut lenitū reddas.ego ad hūc iratū
Adgrediar.ph.poſſumus nos hos intro illicere huc.ni.meū
Penſum ego lepide accurabo q̄ odioſum eſt mortem amplexari?
ba. Facito ut facias.ph.taceas tu tuū facito ego quod dixi
Haud mutabo.ni.quid illæc illic in conſilio duæ ſecretæ cōſultant?
ph. Quid ais tu homo.ni.quid me uis.ph.pudet me dicere quiddam
ni. Quid ē quod pudeat.ph.ſed amico hoī tibi quod uolo credere
Certū ē:nihil ſum.ni.iſtuc iampridem ſcio:ſed quid nihil ſis
Memora.ph.tactus ſum uehementer uiſco:cor ſtimulo foditur
ni. Pol tibi multo æquius eſt coxendicem:ſed quid iſtuc ē:& ſi iam
Ego ipſe quid ſit prope ſcire puto me:uerū audire etiā ex te ſtudeo?
ph. Viden hanc ni.uideo.ph.haud mala eſt mulier
ni. Pol uero iſta mala:& tu nihil.ph.quid multa:ego amo.
ni. An amas?ph.necas.ni.tu homo putidus amator iſtac fieri ætate
Audes.ph.qui non.ni.quia flagitiū eſt.ph.qd opus uerbis eſt
Meo filio nō ſum iratus:neq; tuo eſt æquū eſſe iratū
Si amant ſapienter faciunt:ſequere hac:eunt
ni. Eccas tādem probri perlecebræ:& pſuaſtrices:qd nūc etiam
Redditis nobis filios & ſeruū an ego experior tecū ui maiore
ph. Abin hinc:nō homo tu quidē es:q iſtoc pacto tā lepidā illepide
Appelles.ba.ſenex optime quātū eſt i terra:ſine hoc exorare
Abs te: ut iſtuc delictū deſiſtas tantopere ire oppugnatum:
ni. Niſi abeas.quanq̄ tu bella es malū tibi malo dabo iam
ba. Patiar nō metuo.ne qd mihi doleat:qd ferias.ni.ut blādiloqua ē
Hei mihi metuo.ba.hic magis tranquillū eſt.i hac mecū
Intro atq; abi.ſi quid uis filiū cōcaſtigato.ni.abin a me ſcelus
ba. Sine mea pietas exorem.ni.exores tu me.ba.ego quidem

Ab hoc certe exorabo.ph.īmo ego te oro.ut me ītro abducas.
ba. Lepidū te.ph.at ſcīn quo pacto me ad te īntro abducas
ba. Mecū ut ſis? ph.oia quæ cupio cōmemoras.ba.uidi ego neq̄ hoiem
Verū te neminē deteriorē.ni.ita ſum.ba.ī hac
Mecū īntro ubi ſit tibi lepide uictibus uino atq; unguentis.
Satis iā ſatis uos triſtes.ph.cōuiuii me nihil pœnitet ut ſū acceptus
ni. Quadringentis philippis filius me & chryſalus circūduxerunt
Quē quidē ego:ut non excruciem:alterū tātū auri nō mereā
ba. Quid tandem ſi dimidium auri redditur:ī mecum īntro
Atq; ut eis delicta ignoſcas.ph.faciet.ni.etiam tu homo
Nihili.ph.quid alii dant boni caue culpa tua amiſſis:
Dimidium auri datur accipias.poteſq; & ſcortū accumbas.
ni. Egon ubi filius corrūpatur meus ibi potem.ba.potandū eſt
ni. Age iam id:ut ē & ſi eſt dedecorū patiar facere:inducam animū
Ego cum hæc cū illo accubet īnſpectem.ba.īmmo equidē pol
Tecū accūbam.te amabo.& te amplexabor.ni.caput prurit
Perii:uix negito:ph.non tibi uenit īn mentē amabo:ſi (dū uiuas)
Tibi bene facias.iam pol id quidem eſſe haud perlonginquū:
Neq; ſi hoc hodie amiſeris.poſt in morte id euentur eſſe unq̄.
ni. Quid ago.ph.quid agas:rogitas etiam.ni.libet & metuo
ba. Quid metuis:ni.ne obnoxius filio ſim & ſeruo.ba.mel
Meū amabo:iſtæc fiūt tuus ē.unde illum cenſes ſumere
Niſi quod tu te illi dederis:hāc ueniam illis ſine te exorem.
ba. Lepidū te.ph.at ſin quo pacto me īntro abducas.
ni. Vt terebrat ſatin offirmatū quod mihi erat.id me exorat.
Tua ſum opera.& propter te improbior.ba.nuſq̄ me auelles.
Satin ego iſtuc habeo obfirmatū.ni.quod ſemel
Dixi haud mutabo:ba.ite īntro accubitū:it dies:filii uos
Expectant intus.ni.q̄ quidē actutū emorimur.
ba. Veſper hic eſt.ſequimi.philo:ducite nos quo lubet: tanquam qui-
ba. dem addictos.
Lepide ipſi hic ſunt capti ſuis q filiis fecere īnſidias.
Hi ſenes niſi fuiſſent nihili iam inde ab aduleſcentia:non hodie
Hic tantū flagitiū facerent canis capitibus:neq; adeo
Hæc faceremus ni antehac uidiſſemus fieri.
Vt apud lenones riuales filiis fierent patres.
Spectatores uos ualere uolumus:& clare ad plaudere

Finis.

Plauti Muſtellaria.

Argumentum.

Anumſit emptos ſuos amores philolaches
m Omnemque abſente rẽ ſuo abſumit patre
Senem:ut reuenit ludificatur tranio
Terrifica monſtra dicit ſentiri in ædibus.
Et inde primum emigratum:interuenit
Lucripeta fœnus fœnerator poſtulans.
Luduſq; rurſum fit ſenex:nam mutuum
Acceptum ſuum dicit pignus emptis ædibus
Requirit quæ ſunt.ait uicini proxumi.
Inſpectat illas:poſt ſe deriſum dolet.
Ab ſui ſodale gnati exoratur tamen!

Tranio.Grumio.Serui duo.

tr. Xi e culia ſis foras maſtigia.q mihi iter patias exhibes argutias
e Egredere herilis pernicies ex ædibus:ego pol te:ruri cenſes eẽ
Vlciſcar probe:exi inquam nidore cupinã.quid lates!ſequtur
Quid tibi malum hic ante ædis clamas io ſi.an ruri cenſes te
Eſſe:abſcede ab ædibus abi rus.abi dierecta.abſcede ab ianua
En hoccine uolebas.Gr.perii cur me uerberas.
tr. Q: uia uiuis patinas.Gr.fine modo adueniat ſenex
Sine modo uenire ſaluum quem abſentem comes.
tr. Nec ueriſimile loquere.nec uerum frutex
Comeſſe quenquam ut quiſquã abſentẽ poſſit.
Tu urbanus uero ſcurra delitiæ populi
Rus mihi tuo obiectas!ſane credo tranio
Quod te in piſtrinum ſcis actutum tradier.
Cis hercle paucas tempeſtates tranio
Augebis ruri numerum genus feratile:
Dum tibi lubet:licetque pota:perde rem:
Corrumpe herilem adoleſcẽtem optimum
Dies noctesque bibite:pergræcamini.
Amicas emite:liberate:paſcite:paraſitos obſonate pollucibiliter
Hæc ne mandauit tibi cum peregre hinc iit ſenex!
Hoccine modo hic rem curatam offendet ſuam!
Hoccine boni eſſe officium ſerui exiſtimas.
Vt heri ſui corumpat:& ſemet filium.
Nam ego illum corruptum duco cum his factis ſtudet.
Quo nemo adæque iuuentute ex omni athica
Ante hac eſt habitus parcus:nec magis continens.
Is nunc in aliam partem palmam poſſidet.
Virtute id factum tua & magiſterio tuo:

tr. Quid tibi malum:mea ut quod ego agã curatio est.an ruri quæso
Non sunt quos cures bouis.lubet potare.amare.scorta ducere.
Mei tergifacio hoc:non tui fiducia.Gr.q̃ confidẽter loquitur fur.
tr. At te iupiter di que omnes perdant.oboluisti alleũ germana' illuuies
Rusticus:hircus:hara mostelaria:capra cõmista
Gr. Quid uis fieri.nõ omnes possũt olere unguenta exotica
Sicut tu oles:neque superior adcũbere.neque tã facetis q̃ tu uiuis
Victibus tu tibi istos tu habeas turtures:pisces:auis.sine me aliatum
Fungi fortunas meas tu fortunatus.ego miser.tra.patiunda est:
Meum bonũ me:te tuum maneat malũ: quasi inuidere
Mihi hoc uidere grumio:quia mihi bene est & tibi male est
Dignissimũ est licet me amare & te bubultuarier:
Me uictitare pulchre:te miseris modis.Gr. o carnificũ cribrũ
Quod credo fore:ita te forabũt patibulatũ per uias stimulis
Si huc reueniat senex:tra.qui scis an tibi istuc eueniat priusq̃ mihi.
Gr. Quia nunq̃ merui:tu meruisti.& nũc meres.tra orationis operã
Compendi face:nisi te mala re magna mactari cupis!
Gr. Eruum daturi estis bobus quod ferã.dato æs in honestis.agite
Porro pergite.quo occepistis.bibite pergræcamini.este ac serite
Vos saginã cedite.tra.tace atq; abi tu rus:ego ire in pyreeũ
Volo:in uesperũ parare piscatum mihi:eruum tibi aliquis
Cras faxo aduillã afferat.quid est:quid tu me nũc obtuere furcifer
Gr. Pol tibi istuc credo nomen actutũ fore dũ intereas
tr. Sic sit istuc actutũ sino.Ge.ita est secundum hoc scito
Nimio celerius uenire quod moleste q̃ illud quod cupide petas
tr. Molestus ne sis.nunc iã in rus te admoue.Gr. ne tu erres
Hercle præter hanc mihi non facies morã.tr.satin abiit neq; qd'
Dixi floci existumat.Gr:proh dii immortales obsecro uestrã fidẽ
Facite huc ut redeat noster q̃ primũ senex:triẽniũ qui iã
Hinc abest priusq̃ oia perierint:& ædis & ager:qui nisi huc redit
Paucorũ mnesiũ sũt relictæ reliquiæ:nũc rus abibo:
Nam eccũherilẽ filiũ uideo corruptũ ex adulescente optumo

Philolaches adolescens

r Ecordatus multũ & diu cogitaui argumentaq; in pectus multa institui.
Ego atq; in meo corde:si est qd' mihi cor eã rẽ uolutaui
Et diu disputaui hominẽ cuius rei quãdo natus est
Similẽ esse arbitrarer.simulacrũq; habere:id reperi iam.
Exẽplũ nouarũ ædiũ esse arbitror:similẽ ego hominẽ
Quando hic natus est ei rei argumenta dicã.atq; hoc

Haud uidetur uerisimile uobis at ego id faciã esse. ita ut credatis
Profecto ita esse ut predico uera unicã: atque hoc uos metipsi
Scio perinde uti nũc ego esse autumo. quãdo dicta audictis mea.
Haud aliter id dicetis. auscultate argumenta dũ dico
Ad hanc rem. simul gnauiri suo uelocem hanc rẽ mecũ
Aedes cũ extemplo sunt paratæ. expolitæ. factæ: probæ: examussim
Laudant fabrũ. atq; ædes probant. sibi quisque inde exemplum
Sibi quisq; simile suis: sumptu suo operã pascũt suam.
Atque ubi illo immigrat nequã homo indiligẽsq; cũ pigra familia
Immundus instrenuus. hic iã ædibus uitiũ additur: bonæ
Cum curantur male atque illud sæpe fit: tẽpestas uenit
Cõfringit tegulas: ibricesq; ibi dominus idiligẽs reddere alias ne uolt
Venit ĩber: lauat parietes. perpluunt tigna: putrefacitq; operã
Fabri: nequior iam factus est usus ædiũ atque haud
Fabri culpa: sed magna pars morã hanc induxerunt.
Si quod nũmo sarciri potest usq; dũ maneant: neq; id faciunt
Donicũ parietes ruunt. ædificantur ædes totæ denuo
Hæc argumẽta ego ædificiis dixi: nunc etiã uolo
Dicere ut homines ædiũ esse similes arbitremini.
Primũ dum parentes fabri liberũ sunt: & fundamentũ
Substruũt liberorũ: extollunt: parant: sedulo infirmitatem
Et ut in usũ boni: & in speciem populo fint: sibique & materiẽ
Reparant: nec sumptus ibi sumptui esse ducunt.
Expoliũt docent litteras: iura: leges sũptu suo: & labore
Nittuntur. ut alii sibi esse illorũ similes expetant.
Ad legionem cum itu m adminiculum eis clamant *clamant*
Tũ iã aliquẽ cognatũ suũ eatenus abeũt
A fabris unũ ubi emeritũ est stipendum.
Igitur cũ specimen cernitur: quo eueniat ædificatio.
Nã ego ad illud frugi usq; & probus fui: i fabrorũ potestate dũ fui
Posteaq; immigraui in ĩgeniũ meũ: perdidi operã fabrorum.
Illico oppido uenit ignauia: ea mihi tẽpestas fuit
Mihi aduento suo grandinẽ: imbremque attulit.
Hæc uerecũdiã mihi & uirtutis modũ deturbauit. texit.
Detexitque a me illico post illã: obtexere eam: negligens fui
Continuo pro imbre amor aduenit: nunc simul res fides
Permanauit. permadefecit cor meũ: nunc simul res fides
Fama uirtus decusq; deseruerunt: ego sum in usu factus
Nimio nequior: atque ædepol: ita hæc tigna humi deputant.
Num uideo mihi, sarcire posse ædes meas: quin totæ perpetuæ ruant

Quin cũ fundamẽto perierint:nec quisq̃ esse auxilio queat.
Cor dolet:cũ scio ut nunc sũ atque ut fui.quo neque industrior
De iuuentute erat arte gymnastica.disco.hastis:pila
Cursu:armis.equo uictabã.uolupe parasimonia:& duricia:
Disciplinæ aliis erã:optimi quiq; expetebant eam
Doctrinã sibi:nunc postq̃ nihili sum id uero meopte ingenio reperi:
Philocomasiũ Mulier.Scapha Ancilla.philolaches adolescẽs
ph. i Am pridẽ mecastor frigida nõ laui magis lubẽter.
Nec cũ me melius mea scapha reris ædificatã:sca.euẽtus rebus
Omnibus uelut horno messis magna fuit.ph.quid ea messis
Attinet ad meam lauationem.sca.nihilo plusq̃ lauatio tua
Ad messim!ph.o uenus uenusta hæc illa est tempestas mea.
Mihi quæ modestiã omnẽ detexit tectus qua sui quã mihi amor
Et cupido in pectus perpluit meũ:neq; iã unq̃ obtingere possũ
Madent iam in corde parietes.periere hæ oppido ædes.
ph. Contempla amabo mea scapha satin hæc me uestis deceat.
Volo meo placere philolacheti meo ocello:meo patrono:
sca. Quin tu te exornas moribus lepidis:cũ lepida tu te es.
Non uestẽ amatores amant mulieris:sed uestis fartũ.
ph. Ita me dii ament lepida scapha sapit scelesta multũ!
Vt lepide oẽs res tenet:sniasq; amãtiũ:ph.qd nũc!
sca. Quid ẽ.ph.qui me aspice & cõtempla ut hoc me decet.
sca. Virtute formæ id euenit.te ut deceat quicquid habeas.
ph. Ergo ob hoc uerbũ te scapha donabo ego hodie aliq.
Neq; patiar te hanc gratis laudasse:quæ placet mihi.
ph. Nolo ego te assentari mihi nimis qdẽ tu stulta es mulier
sca. Eo mauis uituperari falso:q̃uero extolli:
ph. Equidem pol uel falso.tamẽ laudari multo malo q̃ uero
Culpari.ain meã speciem alios in ridere ego uerũ amo
Verũ uolo dici mihi.mendacem odi.Sca.ita tu me ames
Ita philolaches tuus te amet.ut uenusta es.ph. quid ait
Scelesta quomodo adiurasti:ita ego istam amarem.
Quid ita hæc me.id cur nõ additũ est:ifecta dona facio.
Perit quod promiserã tibi.dona perdidisti.
sca. Equidẽ pol miror tam captã:tam doctã te & bene doctã
Non scire te stulte facere.ph.qn mone quæso si quid erro
sca. Tu ecastor erras:quæ quidẽ illũ expectes unũ atq; illi morem
Præcipue sic geras:atq; alios asperneris:matronæ nõ meretricium est
Vnũ inseruire amantẽ.ph.pro iuppiter:nã quid malũ
Versatur meæ domi dii deæq; omnes me pessimis exemplis

Interficiant. nisi ego illã anũ interfecero siti. fame. atq; gelu.
ph. Nolo ego mihi male te scapha præcipe. sca. stulta es plane
Quæ illũ tibi æternũ putas fore amicũ: & beniuolentem
Moneo ego te: te ille deseret: ætate & sacietate. ph. nõ spero
sca. Insperata accidũt magis sæpe: q̃ quæ speres
Postremo si dictis nequis perduci: ut uera hæc credas
Mea dicta ex factis nosce rẽ: uides quæ sim & quæ fui ante
Nihilo ego q̃ nũc tu amata sum: atq; uni modo gessi morẽ.
Qui pol me: ubi ætate hoc caput colorẽ cõmutauit: reliqt.
Deseruit quæ me: tibi idẽ futurũ credo. ph. uix comprimor
Quin inuolẽ illi in oculos stimulatrici. ph. solam illi meo
Soli censeo esse oportere obsequentẽ: solam ille soli
Sibi suo liberauit. ph. proh dii immortales mulierẽ lepidã
Et pudico ingenio bene hercle factũ & gaudeo mihi
Nihili esse huius causa. sca. insita ecastor tu quidem es.
ph. Quapropter. sca. quæ istuc in te ille amet. ph. cur obsecro
Non curem. sca. libera es iã tu iam quod quærebas habes.
Ille te nisi amabit ultro: id p capite tuo quod dedit perdiderit
Tantũ argenti. ph. perii hercle ni ego illam pessumis
Exemplis enicasso: illa hãc corrumpit mulierẽ male suada
Lena. ph. nunq̃ ego illi possũ gratiã referre ut meritus est
De me: scapha id tu mihi ne suadeas ut illũ minoris pẽdã.
sca. Et hoc unum facito cogites si illum inseruibus solũ.
Dum tibi nunc hæc ætatula est. in senecta male querere
ph. In ãginã ego nunc me uelim uerti ut uenificæ illi
Fauces prændam atq; enecem scelestã simulatricẽ
Sca. Eundem animũ oportet nũc mihi esse gratũ ut impetraui
Atq; olim priusq̃ id extuli: cũ illi sublandiebar.
ph. Dii me faciãt quod uolũt: ni ob istã orationẽ te liberasso denuo
Et ni scapham enicasso. sca. si tibi acceptũ est fore tibi unicum
Sempiternũ: atq; illũ amatorem tibi propriũ futurũ in uita
Soli gerendũ censeo morem: & capiendos crines ut fama est
Hoi: exin sole pecuniam inuenire. ph. ego si bonam
Famã mihi seruasso: sat ero diues. ph. si quidẽ hercle
Vendũdũ sit: pater uenibit multo potius: q̃ te me uiuo unq̃
Sinã egere aut mendicare. sca. quid illis futurũ est cæteris
Qui te amant. ph. magis amabunt cum uidebunt gratiam
Referentẽ. ph. utinã nunc meus mortuus pater ad me
Nũcietur: ut ego exheredẽ meis me bõis faciã atq; hæc sit heres.
Iã ista quidem absumpta res erit dies noctesq; estur bibitur

Neq; quiſq̃ parſimoniam adhibet ſagina plane eſt
In te hercle certũ eſt principium ut ſim parcus experiri
Nam neq; ædes quicq̃:neq; bibes apud me iiſdem diebus
ph. Si quid tu in illum bene uoles loqui id loquilicebit
Nec recte ſi illi dixeris:iam ecaſtor uapulabis
ph. Edepol ſi ſummo ioui uiuo argento ſacruficaſſem
Pro illius capite quid dedi:nunq̃ eque id bene colocaſſem
Vt uideas eam medulitus me amare oh probus homo ſum
Qui pro me cauſam diceret patronum liberaui. Sca.uideo te
Nihilipendere præ philolache omnes homines:nunc ne eius cauſa
Vapulem tibi potius aſſentabor.is acceptus.ſat habes tibi fore
Illum amicũ ſempiternũ.ph.cedo mihi ſpeculũ:& cũ ornamẽtis
Arculam actutũ ſcapha:ornata ut ſim cũ huc ueniat
Philolaches uoluptas mea?ſca.mulier quæ ſe ſuamque ætatẽ
Spernit:ſpeculo eluſa eſt?quid opus ſpeculo tibi.quæ tute
Speculo ſpeculũ es maximũ.ph.ob iſtuc uerbũ ne nequicq̃
Scapha tam lepide dixeris:dabo aliquid hodie.ſca.pertuli
Tibi philocomaſſiũ mea.phi.ſuo quiq; loco uiden capillus fatis
Cõpoſitus ẽ cõmode.ſca.ubi tu comẽdas capillũ cõmodũ eẽ credito
ph. Vah quid illa poteſt peius quicq̃ muliere morarier? nũc aſſentatrix
Sceleſta eſt:dudũ aduerſatrix erat.ph.cedo ceruſam.ſca.qu id
Ceruſa opus eſt?ph.nam qui malas oblinam.ſca.una opera
Ebur atramento candefacere poſtules.philo.lepide dictũ
De atramento atq; ebore.euge plaudo ſcaphæ.philo.tũ tu igit cedo
Purpuriſſũ.ſca.nõ do ſcita es tu quidẽ noua pictura iterpollare uis
Opus lepidiſſimũ:nõ iſtã ætatem oportet pigmẽtũ illud attingere
Neq; ceruſam neq; melinum neq; aliam ullam offuciam
Cape igitur ſpeculũ.ph.ei mihi miſero ſauiũ ſpeculo dedit
Nimis uelim lapidem qui ego illi ſpeculo imminuam caput
Sca. Linteũ cape.tuque exterge tibi manus.ph.quid ita obſecro
Sca. Vt ſpeculũ tenuiſti:metuo me oleant argentũ manus.
Ne uſq̃ argentũ te accepiſſe ſuſpicetur philolaches.
ph. Non uideor uidiſſe lenã callidiorẽ ullã alterã.
Vt lepide atq; aſtute in mẽtẽ uenit de ſpeculo.phi. mane
Etiam ne unguẽtis unguendã cenſes.ſca.minime feceris
ph. Qua ppter.ſca.qa ecaſtor mulier recte olet ubi nihil olet
Nam iſtæ ueteres quæ ſe unguentis unctitant interpolles
Vetulæ.edentulæ.quæ uitia corporis fuco ocultant
Vbi ſeſe ſudor cum unguentis conſociauit:illico
Itidem olent:quaſi cum una multa iura confundit cocus.

Quid oleas nescias:nisi id unum nil male olere intelligas.
ph. Vt perdocte cuncta callet:nihil hac docta doctius:
Verum illud est maximũ:adeo pars nostrorũ intelligit
Quibus anus domi sunt uxores.quæ nos dote meruerunt.
ph. Agedũ contẽpla aurũ & palã:satin hæc decent scapha?
Sca. Non me curare istuc oportet.ph.quẽ obsecro igitur.sca. eloquar.
Philolaches nequid emat:nisi quod tibi placere censeat.
Nam amator meretricis mores sibi emit:auro & purpura
Quid opus est:quod suum esse nolit te ultro ostentarier
Purpura ætate ocultanda est:aurũ turpi mulieri.
Pulchra mulier nuda erit q̃ purpurata pulchrior.
Postea nequicq̃ exornata est bene:si morata est male
Pulchrũ ornatũ turpes mores peius cœno concinnunt:
Nam ne si pulchra est nimis ornata est.ph nimis diu
Abstineo manũ.quid hic uos diu agitis.ph.tibi
Me exorno ut placeam.ph.ornata es satis.
Abi tu intro:atq; ornamenta hæc aufer.sed uoluptas mea
Mea philocomasiũ potare tecũ collibitũ est mihi.ph.libet edepol
Mihi tecũ.nã quod tibi libet idẽ mihi libet
Mea uoluptas.ph.iam istuc uerbũ uile est uiginti minis.
Cedo amabo:decũbe emptũ tibi dare hoc uerbũ uolo.
Etiam nunc decẽ minæ apud te sũt:uel rationẽ puta
Triginta minas pro capite tuo dedi.ph.cur exprobras
ph. Ego ne id exprobrẽ:qui mihimet cupio id opprobarier
Nec quicquã argenti locaui tam diu usq̃ æque bene
Mu. Certe ego quod te amo operã nusquã melius potui ponere.
ph. Bene igitur ratio accepti atq; expensi inter nos cõuenit.
Tu me amas:ego te amo:merito id fieri uterq; existimat:
Hæc qui gaudent:gaudeant perpetuo suo sem:p bono.
ph. Age accũbe igitur?cedo aquã manibus puer appone hic mẽsam
Qui inuident ne unquã eoꝝ quisquã inuideat prorsus cõmodi.
Sca. Vide tu an ibi sint unguẽta.ph.qd opus est cũ istac accubo
Sed est ne hic meus sodalis.qui huc incedit cũ amica sua
Is est callidamates:cũ amica eccum incedit.tuge oculus meus
Conueniunt manipulares eccos prædã participes petunt.
Herũ: ut seruos criminaret apud herũ. si. iuberes hunc
Præcipitẽ in pistrinũ trahi. cal. nũ quid peccatũ ẽ simo
pse. Immo maxime. si. desiste recte ego meã rẽ sapio calipho.
pse. Peccata mea sunt. animũ aduorte: nunc iã
Qua propter te expertẽ amoris nati habuerim.
Pistrinũ ineundũ scibã: si id faxem mihi.
si. Non a me scibas pistrinũ ineũdum tibi
Cũ ea mussitabas. pse. scibam. si. cur nõ dictum ẽ mihi?
pse. Quia aliud malum aderat istuc aberat longius
Illud erat præsens: huic erat dieculæ.
si. Quid nũc agetis. nã hinc quidem a me non potest
Argentũ auferri. qui præsertim senserim
Ne quisq; credat nummum iam edicã omnibus

pse. Nunq̃ ædepol cuiquã supplicabo dum quidẽ
Tu uiues tu mihi hercle argentũ dabis:
Abs te equidẽ sumã.si.si tu a me sumes.pse.strenue.
si. Excludito mihi hercle oculum si dedero.pse.si dabis
Iam dico ut a me caueas.cal.certe ædepol scio
Si abstuleris mirũ & magnum feceris facinus.
pse. Faciam.si.si non abstuleris uirgis ceditor.
pse. Sed quid si abstulero.si.do iouem testem tibi.
Te ætatem impune habiturũ.pse.facito ut memineris
si. Egon ut cauere nequeam cui prædicitur.
pse. Prædico ut caueas dico inq̃ ut caueas:caue:hem istis
Mihi ut hodie manibus argentũ dabis.cal.ædepol
Mortalem graphicum si seruat fidem.
pse. Seruitũ tibi me abducito:ni fecero.si.bene:atq;
Amice dices:nam nunc iam meust.pse.uin etiam
Dicam:quo uos magis miremini.cal.studeo hercle
Audire nam te ausculto libens:si.agedũ nam satis
Libenter te ausculto loqui:pse.priusquã istã pugnam
Pugnabo.ego etiã prius dabo aliam pugnam claram
Et cõmemorabilem.si.quã pugnã.pse.hem ab hoc
Lenone uicino tuo p sicophantiã:atq; per doctos dolos
Tibicinã illam:tuus quam gnatus deperit
Eam circunducã lepidule momer.si.mirũ quidem est
pse. Effectum hoc hodie reddã utrunq; ad uesperũ
si. Siquidẽ istæc opera ut prædicas perfeceris
Virtute regi agathocli antecesseris:sed si non faxis
Nunqd causa est:illico quin te in pistrinum condam.
pse. Non unũ qdẽ diẽ modo.uerũ hercle in ois:quantus
Est:sed si effecero dabi mihi argẽtũ quod dẽ lenõi illico
Tua uoluntate.cal.ius bonũ orat pseudolus dabo iniq;
si. At enim scin quid mihi in mentẽ uenit:quid si isce
Inter se consenserunt callipho.aut de compacto faciunt
Consutis dolis:qui me argento circunuertant
pse. Quis me audacior sit:si istuc facinus audeam dicere imo
Sic simo si sumus conspecti siue cõsiliũ unquã inimus
De istac re:aut si de ea re unquã inter nos cõuenimus
Quasi in libro cum scribunt litteræ calamo
Sulis me totũ usq; ulmeis conscribito.si.indice ludos
Nũc iã quãdo lubet.pse.da in hunc diem operam
Callipho quæso mihi.ne qd te ad aliud occupes negociũ.

cal. Quin rus ut irem iam heri constitueram?
pe. At nūc disturba quas statuisti machinas
cal. Nunc non abire certū est istac gratia. lubido est ludos
Tuos spectare pseudole. & si hunc uidebo nō dare argentū tibi:
Quod dixi: potius q̄ id nō fiat ego dabo: non demutabo.
pse. Nāque ædepol si non dabis: clamore magno: & multū
Flagitabere. agite amouemini hinc uos intro nūc iam
Ac meis uicissim date locū fallacis. si. fiat: geratur
Mos tibi: sed te uolo domi usq; adesse. cal. qn tibi hanc
Opam dico at ego ad forum ibo iam hic adero.
Si. Actutū redi. pse. suspicio est mihi nūc uos suspicarier.
Me iccirco hæc tanta facinora promittere:
Quin uos oblectē: hanc fabulā dum transigā.
Neq; sim facturus: qd facturū dixerā. non demutabo.
Atq; ēt certū: qd scia: quo sim facturus pacto nihil ēt scio.
Nisi quia futurū ē nam qui in scenam prouenit
Nouo modo. nouum aliqd inuentū afferre addecet.
Si id facere nequeat. det locū illi qui queat
Concidere aliquātisper hinc mihi intro libet.
Cum concenturio in corde sycophantias
Tibicen uos interea hic dilectauerit.
Proh iuppiter ut mihi qcqd ago lepide omnia prosperecq;
Veniunt. neq; quod dubitem. neq; qd timeā meo ī pectore
Condictū est consilū: nam ea stultitia ē facinus magnū
Timido cordi credere. nā oēs res perinde sunt
Vt agas ut eas magnifacias: nam ego in meo pectore prius ita
Parauī copias duplicis triplicis dolos. pfidias. ut ubicūq;
Cū hostibus congrediar. malorū meorū fretus uirtute
Dicā mei industria: & malicia fraudulenti. facile ut uincā
Facile ut spoliem meos perduellis meis perfidiis:
Nūc inimicū ego hunc cōmunē meū: atq; nostrū oium.
Ballionē exbalistabo lepide: date operam modo.
Hoc ego oppidū admœnire: ut hoc die capiatur uolo.
Atq; ut hac meas legiones adducā. si hoc expugno
Facilem ego hanc rem meis ciuibus faciam?
Post ad oppidū hoc uetus continuo mecū exercitū
Protinus obducā: inde me & simul participes oēs
Meos præda onerabo. atq; opplebo mecū: & fugā
Perduellibus meis esse: me ut sciant natum.
Quo sum genere gnatus. magna me facinora decet efficere:

Quæ posteri mihi clara & diu cluant: sed hunc quē uideo quis?
Quis hic est qui oculis obuiā ignorabilis obiicitur. libet scire.
Quid hic uelit: cū machæra & huic quā rē agat: hinc dabo īsidias?

Harpax cacula. pseudolus seruus.

har. I loci sūt atq; hæ regiōes: quæ mihi ab hero sūt demonstratæ:
h Vt ego oculis rationē capio: q̄ mihi ita dixit herus meus miles
Septimas eē ædis a porta. ubi ille habitat leno: cui iussit
Symbolum me ferre: & hoc argentum nimis uelim
Certū qui mihi faciat ballion leno ubi hic habitat.
pse. Si tace tace meus hic est homo ni oēs di atq; homines
Deserūt nouo consilio nunc mihi opus est noua res subito
Mihi hæc obiecta ē: hoc præuortar: principio illa oia missa
Habeo quæ ante agere occepi: nā pol ego hūc stratioticum
Nunciū aduenientē probe percutiā. har. hostiū pultabo
Atq; intus euocabo aliquē foras. pse. quisquis es compendiū
Ego te facere pultandi uolo: nā ego precator: & patronus
Foribus processi foras? har. tu ne esto ballio? pse. īmo uero
Ego eius sum subballio? har. qd istuc uerbi ē. pse. cōdus pmus
Sum pcurator peni. har. quasi te dicas atriensem:
pse. Immo atriensi ego īpero. har. qd tu seruus ne es an liber.
pse. Nūc qdē etiā seruio. har. ita uidere & non uidere dignus
Qui liber fies. pse. nō soles respicere te: cū dicas iniuste alteri
har. Hūc hoiem malū esse oportet. pse. di me seruant: atq; amant
Nā hæc mihi mens est. pcudam ego hodie hinc multos dolos
har. Quid illic secū solus loqt̄. pse. qd ais tu adolescens. har. qd ē.
pse. Es ne tu an nō: es ab illo milite macedonico seruus eius: qui
Hinc a nobis est mercatus mulierē. qui argenti hero meo
Lenoni quindecim minas dederit quinq; debet. Har. sum
Sed ubi tu me nouisti gentiū. aut uidisti. aut conlocutus.
Nam equidē athenis antidhac nunq̄ aduenī neq; te uidi
Ante hunc diē unq̄ oculis meis. pse. qa uidere inde esse:
Nam olim cū abiit: argento hic dies præstituta est quo
Ad referret nobis: neq; dum retulit. har. īmo adest.
pse. Tun attulisti. har. ego met. pse. quid dubitas dare.
har. Tibi ego dem. pse. mihi hercle uero: qui res ratiōesq; heri
Ballionis curo: argētū accepto. expenso: & cui debet dato.
har. Siqdem hercle etiā supremi pmptas thesauros iouis
Tibi libellam argenti nunq̄ credā: dū tu strenuus:
pse. Res erit soluta. har. utinā potius sic seruauero.
pse. Vætibi: tu inuentus uero mēā qui forcilles fidem.

Quasi mihi non sexcenta talenta tanta soleant credier
har. Potest ut alii ita arbitrentur:& ego ut ne credam tibi
pse. Quasi tu dicas me te uelle argento circũducere.
har. Immo uero quasi tu dicas quasiq; ego aũt id suspicer.
Sed qd est tibi nomen.pse.seruus est huic lenoni syrus
Eũ esse me dicã.syrus sum.har.syrus.pse.id est nomẽ mihi
har. Verba multa facimus:herus si domi ẽ tuus.quin puocas.
Vt id agam quo missus hic sum.pse.qeqd est nomen tibi
Si intus esset.euocarem:uerũ si dare uis mihi magis erit
Solutum:quã ipsi dederis.har.at enim scin quid est.
Reddere hoc nõ perdere:herus misit nunc certe scio:
Hoc febrim tibi esse:quia nõ licet hoc inicere ungulas.
Ego nisi ipsi ballioni nũmum credam nemini.
pse. At illic nũc negociosus est res agitur apud iudicem.
har. Di bene uortant.at ego quando eũ esse censebo domi:
Rediero:tu epistolam hanc a me accipe:atq; illi dato:
Nam istic symbolum ẽ inter herũ meũ:& tuũ de muliere:
pse. Scio equidẽ:ut qui argentũ adferret:atq; expressam
Imaginẽ suã huc ad nos:quom eo aiebat uelle mitti mulierẽ.
Nã hic quoq; exemplũ reliquit eius.har.omnem rem tenes:
pse. Quid ego ni teneã.har.dato ergo istũ symbolũ illi.pse.licet
Sed quid est tibi nomen.har.harpax.pse.apagete.
Harpax haud places.huc quidẽ hercle haud ibis intro ni qd
Harpax feceris.har.hostis uiuos rapere soleo ex acie:hoc
Nomen mihi ẽ.pse.pol te multo magis opinor uasa ænea
Ex ædibus.har.nõ ita est.sed scin qd te orem syre.pse.sciam si
Dixeris.har.ego deuortor extra portã huc in tabernã tertiã
Apud anum illã doliarẽ claudam crassam chrysidem.
pse. Quid uis.har.inde ut me arcessas:herus tuus ubi uenerit.
pse. Tuo arbitratu maxime.har.nam ut lassus ueni de uia
Me uolo curare.pse.sane sapis.& consilium placet.
Sed uidessis ne in quæstione sis quando arcessam te.
har. Quin ubi prandero:dabo operã somno.pse.sane censeo:
har. Hũc quid uis.pse.dormitum ut abeas.har.abeo.
pse. Atq; audin harpagẽ iubessis te opiri.beatus eris si cõsudaueris.

Pseudolus seruus

Immortales cõseruauit me illic homo aduentu suo:
d Suo uiatico reduxit me usq; ex errore in uiam.
Nam ipsa mihi opportunitas non potuit opportunius
Aduenire:quã hæc cauata ẽ mihi opportune epistola:

Nam hæc illa ea cornu copiæ est:ubi inest quicqd uolo.
Hic doli.hic fallaciæ omnes sunt:hic sunt sycophantiæ
Hic argentum:hic amica amanti herili filio
Atq; ego nunc me gloriosum faciã & copi pectore
Quo mõ quiq; agerem:ut lenoni surriperem mulierculam
Instituta ornata cuncta in ordine habeo:ut uolueram
Certa deformata habebam:sed profecto hoc sic erit.
Centũ doctũ hoĩum consilia hæc deuincit dea
Fortuna:atq; hoc uerũ est,pinde:ut quisq; fortuna utitur
Ita præcellet:atque exinde sapere eũ omnes dicimus.
Bene ubi qd discimus consiliũ accidisse hominẽ cautum
Eum esse declaramus:stultũ autem illum cui uertit male.
Stulti haud scimus:frustra ut scimus:cũ qd cupienter dari
Petimus nobis.quasi quid in rẽ fit possimus noscere:
Certa amittimus dũ incerta petimus.atq; hoc uenit
In labore atq; in dolore:ut mors obrepat interim.
Sed iã satis ẽ philosophatũ.nimis diu & lõgum loquor!
Di imortales orichalco contra non carum fuit
Meũ mendaciũ:hic mõ quod subito cõmentus fui.
Quia lenonis me esse dixi.nunc ego hac epistola
Tres deludã herũ:& lenonẽ:& q hãc mihi dedit epistolã.
Euge par pari.aliud autẽ quod cupiebã contingit.
Venit eccũ callidorus.ducit nescio quẽ secũ simul.

Callidorus.charinus adolescens.pseudolus.

cal. Vlcia atq; amara apud te sum elocutus omnia.
Scis amorem.scis laborẽ:scis egestatẽ meam
ch. Cõmemini oĩa dic tu mõ me qd uis facere.faciã.
cal. Cũ hæc tibi alia sum elocutus.ut scirẽ si scis de symbolo.
ch. Omnia inq̃.tu modo quæ me facere uis fac ut sciam.
cal. Pseudolus ita mihi imperauit.ut aliquẽ hominẽ strenuum.
Beneuolentẽ adducerem ad se.cha.seruas imperiũ probe.
Nam ut amicum & beneuolentẽ ducis.sed istic pseudolus
Nouus mihi ẽ.cal.nimiũ est mortalis graphicus heuretes mihi est
Is mihi hæc esse effecturũ dixit quæ dixi tibi.
pse. Magnifice hoiem cõpellabo.ca.cuia uox sonat.pse.io.
Io te te tyrãne:te rogo qui imperitas pseudolo.
cal. Quæro quoi ter.pse.trina triplicia tribus mõis.me tria gaudia
Artibus tribus:ter demeritas.dein læticias de tribus
Fraude partas per maliciã.& per dolum:& fallaciam
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo!

ch. Illic homo est ut paratragœdiat carnufer
cal. Conser gradum contra at saltem brachium
Dic utrũ spẽ ne an matrẽ te resalutem pseudole:
pse. Immo utrũq;.ca.utrũq; salue:sed qd actũ ẽ.pse.qd times
cal. Attuli hũc.pse.qd attulistũ.cal.adduxi uolui dicere
pse. Quid istic est.cal.charinus.pse.euge.iã charynũ uolo
ch. Quin tu qcqd opus est mihi audacter imperas
pse: Bene sit charine nolo tibi molestos esse nos.
ch. Vos molestos mihi:molestũ est qdẽ.pse.tũ igitur mane:
ch. Quid istuc ẽ.pseu.epistolã mõ hãc intercepi:& symbolũ:
cal. Symbolũ.quẽ symbolũ.pse.qui a milite alienatust:mõ:
Eius seruus qui hunc ferebat eũ qnq; argenti minis
Tuã qui amicam hinc accersebat ei os subleui modo.
cal. Quo mõ.pse.horũ causa hæc agitur spectatoꝝ fabula
Hi sciunt qui hic adfuerũt:uobis post narrauero.
cal. Quid nũc agimus.pse.liberã hodie tuã amicã amplexabere
cal. Ego ne.pse.tu te.ego ipsus inquã.siquidẽ hoc uiuet caput
Si mõ mihi hoiem inuenietis.ppere.cal.q̃ facie.pse.malũ
Callidũ doctũ:qui quando principiũ prehenderit
Porro sua uirtute teneat.quid se facere oporteat.
Atq; eũ qui nõ hic usitatus sæpe sit.cha.si seruos est
Nũquid refert.pse.imo multo mauolo quã liberũ
cal. Posse opinor me dare hoiem tibi malũ & doctũ modo
Qui a patre aduenit charisto.nec dum exiit ex edibus
Quoquã.neq; athenas aduenit unquã ante hesternũ diem
pse. Bene iubestis:sed qnq; inuentis opus est argenti minis
Mutuis quas hodie reddã.nã unã huius mihi debet pater.
ch. Ego dabo ne quære aliũde.pse.o hominẽ opportunũ mihi
Etiã opust chlamyde & machæra:& petaso.ch.a me postum dare.
pse. Di immortales non charinus mihi hic quidẽ ẽ:sed copia
Sed istic seruus ex charisto hic qui aduenit quid sapit
cal. Vtq; a cunabulis.pse.manuleatam tunicam habere hoiem decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore.cal.atq; acidissimi
pse. Quid si opus sit ut dulce promat indidem ecquid habet.
ch. Rogas:murinã:passum:defrutũ:mellinã:mel:quoiusmodi
Quin in corde instruere quondã cœpit hermopoliũ
pse. Euge pellepide charine.me meo ludo iam beas.
Sed qui nomen esse dicam ego isti seruo.ch.simiæ
pse. Scit ne in re aduorsa uersari.cha.turbo nõ æque citus est
pse. Ecqd argutus est.ch.malorũ facinorũ sæpissime.

pse. Quid cum manifesto tenetur.ch.anguilast:elabitur:
pse. Ecqd is homo ē scitus.cal.plebiscitū nō æque scitū est.
pse. Probus homo est ut prædicare te audio.cal.imo si scias
Vbi te aspexerit.narrabit ultro quid esse uelis:
Sed qd es acturus.pse.dicā ubi hominē exornauero
Subriticiū fieri ego illum militis seruum uolo
Symbolū hunc ferat lenoni cū quinq; argēti minis.
Mulierē ablenone abducat.hem tibi omnē fabulā
Cæterū quo quicq; pacto faciat ipsi dixero!
cal. Quid nūc igitur stamus.pse.hominē cū ornamētis omnibus
Exornatū adducite ad me:iā ad trapezitā æschinū
Sed properate.ch.prius illic erimus q̄ tu.pse.abite ergo
Ocius qeqd incerti mihi in animo prius:aut ābiguū fuit:
Nunc liquet:nūc defecatū.si cor mihi nūc peruiast
Omnes ordines sub signis ducā legiones meas
Aui sinistra auspicio liquido:atq; ex sententia
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.
Nunc ibo ad forū:atq; onerabo meis præceptis simiā.
Quid agat neqd titubet:docte ut hanc ferat fallaciam.
Iam ego hoc ipsū oppidū expugnatū faxo erit lenoniū

Puer.

Vi seruitutē di dānūt lenoniā puero:atq; idē si addūt
Turpitudinē!ne illi:quātū ego nūc corde cōspicio meo
Malā rem magnā multasq; ærumnas danūt uelut hæc
Mihi euenit seruitus ubi ego omnibus puis magnisq; miseriis
Præfulgior:neq; ego amatorē mihi uliū inuenire queo.
Qui amet me ut cur & tandē nitidiuscule:nūc huic
Lenoni hodie est natalis dies:interminatust a minimo ad maximū
Si quis nō hodie munus misisset sibi:eū cras cruciatu
Maximo prœbitere.nūc nescio hercle rebus quid faciā meis
Neq; ego illud possū:quod illi qui possunt solent.
Nūc nisi lenoni munus hodie misero:cras mihi potādus
Fructus est fullonius.heu q̄ ille hercle ego etiā nūc sū paruulus
Atq; edepol ut nūc male eū metuo miser:si quispiā det
Qui manus grauior siet.q̄q̄ illud aiunt magno gemitu fieri
Cōprimere dentes uideor posse aliquo modo.sed cōprimēda est
Mihi uxor:atq; oratio.herus eccū recipit se domū:& ducit coquū.

Ballio Leno Cocus puer.

Bal. f Orū coquinū qui uocant:stulte uocant
Nā non coquinū est:uerū furinū est forū!

Nã si ego suratus peiorẽ hominẽ quærerem
Coquum nõ potui:q̃ hunc:quem duco: ducere
Multiloquum:gloriosũ:insulsum inutilem.
Quin ob eam rem horcus recipere hunc ad se noluit.
Vt esset hic:q mortuis cœnã.coquat.nã hic solus illis coquere
Quod placeat põt.co.si me arbitrabere isto pacto ut prædicas
Cur cõducebas?bal.inopia.alius non erat
Sed cur sedebas in foro:si eras coquus
Tu solus præter alios.co.ego dico tibi:
Hominũ auaricia ego sũ factus iprobior coquus
Non meopte ingenio.Bal.q̃ istuc ratione.co. eloquar
Quia enim cũ extẽplo ueniũt conductũ coquũ
Nẽ illũ quærũt qui optimus:& carissimus t.
Illum cõducũt potius qui uilissimus t
Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi drachmis iissent miseri me nemo potest
Minoris quisq̃ nũmo ut surgã:subigere.
Non item cœnã condio ut alii coqui
Qui mihi condita prata in patinis proferũt:
Boues qui conuiuas faciunt.herbasq; aggerunt.
Eas herbas herbis aliis porro condiunt.
Indunt coriandrũ feniculũ.alium.atrum olus
Apponũt rumicem:brassicam:betam:blitũ:
Eo lasarpicii librã pondo diluunt.
Teritur sinapis scelerata cum illis:qui terũt
Priusq̃ triuerũt oculi ut extilent facit.
Ei homines cœnas sibi coquunt.cum condiant
Non condimentis condunt.sed strygibus
Viuis conuiuis intestina quæ exedunt.
Hoc hic quidẽ homines tam breuẽ uitam colunt
Cũ hasce herbas huiusmodi in suũ aluũ congerunt
Formidolosas dictu non esu modo:
Quas herbas pecudes nõ edunt:homines edunt:
bal. O quid tu diuinis condimẽtis utere
Qui prorogare uitam possis hominibus :qui ea
Culpes condimẽta.co.audacter dicito.nã
Vel ducenos annos poterunt uiuere meas
Qui essitabunt escas quas cõdidero:
Nam ego cicilendrũ quãdo inpatinas indidi
Aut si polindrum.aut mæcidem.aut

Sane scandicem.eat ipsæ sese patinæ
Feruefaciunt illico hæc ad neptuni pecudes
Condimenta sunt ac atharathrion.
bal. At te iuppiter diiq; omnes perdant cum
Condimentis tuis cũque tuis omnibus mendaciis.
co. Sine sis loqui me .bal. loquere:aq; in malã crucẽ
co. Vbi omnes patinæ feruunt omnis perio.
Terrestres pecudes cecimandro.cõdio aut paropside
Isodos dimissis pedibus in cælũ uolat.
Eum in odorẽ cœnat iuppiter quotidie
bal. Odor dimissis pedibus.co.peccaui insciens
bal. Quid est.co.qa dimissis manibus uolui dicere:
bal. Si nusq; is coctum quidnã cœnat iuppiter.
co. It incœnatus cubitum.bal.in malam crucem
Istaccine causa tibi hodie nũmum dabo
co. Fateor equidem me esse coquum carissimum
Verum pro precio facio: ut opera appareat mea
Quo conductus ueni.bal.ad furandũ quidem.
co. An inuenire postulas quenquã coquum.
Nisi miluinis aut aquilinis ungulis.
bal. An tu coquinatũ ire quoquã postulas
Quin ibi constructis ungulis cœnam coquas
Nunc adeo tu qui meus ame dico tibi:
Vt nostra properes amolliri omnia.
Tum ut huius oculos in occulis habeas tuis
Quoquo hic spectabit eo tu spectato simul
Si hic quo gradietur pariter progredimini.
Manum si protollet::pariter proferto manũ:
Suum siquid sumet id tu finito sumere
Si nostrũ sumet:tu teneto altrinsecus
Si iste ibit:ito:stabit.astato simul.
Si conquiniscet istic:conquiniscito simul
Item his discipulis prius custodes dabo.
co. Habe mõ animũ bonũ.bal. q̃so q̃ possim: doce
Animũ habere qui te ad me adducam domum!
co. Quia sorbitione faciam ego te hodie mea
Item ut medea peliam recoxit senem
Quem medicamento:& suis uenenis dicitur
Fecisse rursum ex sene adolescentulum:
Item te ego faciã.bal.eho an tu etiã ueneficus:

co. Immo ædepol uero hominũ seruator magis
bal. Hem mane quãti istuc unũ me coquinare perdoces.
co. Quid. bal. ut te seruem: neqd surripias mihi
co. Si reddis nũmos meos ne metuas quidẽ
Sed utrũ amicis hodie an inimicis tuis
Daturus cœnam. bal. pol ego amicis: scilicet
Quin tu illos inimicos potius q̃ amicos uocas.
co. Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
Hodie atq; ita suauiter conditam
Vt quisque quicque conditũ gustauerit.
Ipsos sibi faciã ut digitos prærodat suos:
bal. Quæso hercle priusq̃ quicq̃ cõuiuis dabis.
Gusta tute prius. & discipulis dato.
Vt prærodatis uestras furtificas manus
co. Fortasse hæc tu nũc mihi nõ credis q̃ loquor
bal. Molestus ne sis nimiũ: iã tu nimis non places
Hem illic ego habito intro abi: & cœnã coque
Propere. co. quin is accubitũ: & cõuiuas cedo
Corrũpit iã cœna. bal. hem subolet fis uide:
Iam hic quoque scelestus ẽ eoquus ut cõicio:
Profecto quid nũc primũ caueam nescio.
Ita in ædibus sunt fures prædo in proximo est:
Iam mihi hic uicinus apud forũ paulo prius
Pater calidori ope fecit maximo. ut mihi cauerẽ
A pseudulo seruo suo. neu fidẽ hei haberẽ. nã eum
Circuire in hunc diẽ: ut me si posset mulere
Interuorteret eũ pmisisse firmiter dixit sibi
Sese abducturũ a me dolis phœnicium
Nunc ibo intro: atq; edicam familiaribus:
Profecto ne quis quicquã credat pseudulo.

Pseudolus Simia Sycophanta

pse. Inunq̃ quenq̃ di immortales uoluere esse
auxilio adiutum
Tũ me: & calidorũ seruatũ uolũt esse: & lenonẽ extinctũ
Cum te adiutorẽ genuere mihi tam doctum
hominem atq; astutũ
Sed ubi illic est. sũ ne ego homo insipiens qui hæc mecũ
Egomet loquar solus. dedit uerba mihi hercle: ut opinor:
Malus cum malo stulte caui: tum pol ego interii: homo si ille
Abiit neque hoc opus quod uoluit: ego hodie efficiam

Sed eccũ uideo uerberea m statuã:ut magnifice infert sese
Hem te hercle ego circũspectabam nimis metuebam
male ne abisses.
sy. Fuit meum officium:ut facerem:fateor.pse.ubi restiteras.
si. Vbi mihi libitũ ẽ.pse.istuc ego satis scio.si.cur ergo q̃d scis me
Rogas.pse.at hoc uolo monere te.sy.monendus ne me moneat.
pse. Nimis tandem ego abs te contẽnor.si.quippe ego te ni cõtemnã
Stratioticus homo qui cluear.pse.iam
Hoc uolo quod occeptunst agi.sy. nunquid
agere aliud me uides
pse. Ambula ergo cito.sy.īmo ocioſe uolo.pse.hæc ea occasio est
Dum ille dormit:uolo ut prior ut occupes adire.
Quid properas.sy.placide ne time:ita ille faxit iuppiter ut
Ille pallã ibidem ante quisquis ille est.qui adest a milite
Nunq̃ ædepol erit ille potior harpax:q̃ ego:habe animũ bonũ
Pulchre ego hanc explicatã tibi rẽ dabo si ego illum
Dolis atq; mendaciis in timorẽ dabo militarẽ aduenam
Ipse sese ut neget eum esse q̃ siet:meq; ut esse autumet
Qui ipsus est?pse.qui potest:sy.occidis me cũ istuc
Rogitas.pse.o hominẽ lepidũ:te quoque etiam
Dolis atq; etiã mendaciis iuppiter te mihi seruet.si.īmo mihi.
Sed uide ornatus hic me satis cõdecet.pse.optume habet.si.esto
pse. Tantũ tibi boni di īmortales diunt quantũ tibi optes
Nã si exoptem quantũ dignus:tantũ dent minus nihilo est:
sy. Neq; ego hoiem quenq̃ uidi magis malũ & maleficũ
Tun id mihi.pse.taceo.sed ego quæ tibi
sy. Dona dabo:& faciã:si hanc rẽ sobrie accurassis!
Potin ut taceas.memorẽ īmemorem facit.qui monet quod
Memor meminit.teneo oĩa in pectore cõdita sunt:meditati
Sũt doli docte.pse.pbus hic est homo.sy.neq; hic ẽ neque ego.
pse. At uide ne titubes.Sy.potin ut taceas?pse.ita me dii ament
sy. Ita non facient.mera iam mendacia fundis.pse.ut ego ob tuam
Simia pfidiã te amo:& metuo.& magnifico
sy. Ego istuc aliis dare cõdidici:mihi obtrudere nõ potes palpum.
pse. Vt ego te hodie accipiã lepide.ubi effeceris hoc opus.
sy. Ha ha he.pse.lepido uictu uio:unguẽtis:& iter pocula pulpamentis
Ibidẽ una aderit mulier lepida tibi sauia sup sauia quæ det
sy. Lepide accipis me.pse.īmo si efficis:tum faxo magis dicas.
sy. Nisi effecero cruciabiliter carnifex me accipito
Sed propera mihi mõstrare ubi sit hostium lenonis ædium:

pse. Tertiũ hoc est.Sy.tace ædes hiscunt.pse.credo animo malest
Aedibus.sy.quid iam.pse.quia ædepol ipsũ lenonem euomũt.
sy. Illiccine est.pse.illic est.sy.mala merces.pse.illuc sis uide
Non prouersus uerum transuersus cedit:quasi cancer solet.

Balio. Pseudolus. Sycophanta.

bal. Inus malũ hũc hominẽ esse opinor:q̃ esse censebã coquũ:
m Nã nihil etiã dũ harpagauit præter cyatũ:& cantharũ.
pse. Heus tu nunc occasio est & tẽpus.sy.tecũ sentio.
pse. Ingredere in uiam dolis:& ego hic in insidiis ero!
sy. Habui numerũ sedulo hoc est sextũ a porta proximũ
Angiportũ in id angiportũ me deuorti iusseras
Quorum has ædis dixerit:id ego admodũ incerto scio:
bal. Quis hic hõ chlamydatus est.aut unde ẽ.aut quẽ quæritat!
Peregrina facies uidetur hiominis.atq; ignobilis:
Sed eccum qui ex incerto faciet mihi quod quæro certius.
Ad me adit recta unde ego hominẽ hunc esse dicã gentiũ!
sy. Heus tu qui cũ hirquina stas barba:respõde quod rogo.
bal. Eo an non prius salutas.sy.nulla est mihi salus dataria
bal. Nã pol hic tantũdem accipies.pse.iam inde a principio pbus
sy. Ecquem in angiporto hoc hominẽ tu nouisti te rogo.
bal. Ego memet me.sy.pauci istuc faciũt homines.q; tu prædicas:
Nam in foro uix decumus qsquis est qui ipsus sese nouerit.
pse. Saluus sũ.iam philosophatur.sy.hominẽ ego hic quæro
Malũ legirupam.impiũ.periurũ.atq; improbum.
bal. Me quæritat.nam illa sũt cognamẽta.nomen si memoret
Modo quid est ei homini nomen.sy.leno ballio
bal. Sum.ego ipse sũ adulescens quẽ tu quæritas.
sy. Tu ne es ballio.bal.ego enimuero is sũ.
sy. Vt uestitus est perfossor parietum
bal. Credo in tenebris.cõspicatus si sis me:abstineas manũ!
sy. Herus meus.tibi me salutẽ multã uoluit dicẽ:hãc epistulã accipe
A me.hanc me tibi iussit dare.bal.qs is homo est qui iussit!
pse. Perii nũc homo in medio luto est.nomẽ nescit hæret hæc res.
bal. Q uã hanc misisse ad me autumas.sy.nosce imaginẽ:tute eius
Nomẽ memorato mihi ut sciam ballionẽ te esse ipsũ.
bal. Cedo mihi epistulam.sy.accipe & cognosce signũ.bal.oho
polymachæro
Purus putus est ipsus.noui herus:polymachæroplacides.
sy. Placides nomen est.scio iam tibi me recte dedisce epistulam.
Postq̃ polymachæroplacidæ elocutus nomẽ es.bal.sed quid

Agitis. sy.quod hõ ædepol fortis:atq; bellator,pbus.sed,ppera
Hic pellegere quæso epistulã.ita negociũ est:atq; accipe
Argentũ actutũ mulierẽq; mihi emitte.nã necesse est
Hodie sicyoni me esse.aut cras mortẽ exequi:ita herus meus
Est imperiosus.bal.noui:notis prædicas.sy.propera pellegere
Epistulã ergo.bal.id ago si taceas modo.miles lenoni ballioni
Conscriptã mittit polymachæroplacides imaginem
Obsignatam:quæ inter nos duo cõuenit olim:sy.symbolũ
Est in epistula.bal.uideo:& cognosco signũ:sed in epistula
Nullam salutẽ mittere scriptam solet.sy.ita militaris
Disciplina est ballio manu salutẽ mitunt beniuolẽtibus
Eadem malam rem mittunt maleuolentibus
Sed ut occepisti perge operã experier.quid epistula
Ista narret.bal.ausculta modo.harpax calator
Meus est:ad te qui uenit.tu ne es harpax:
sy. Ego sum:atq; ipse harpax quidẽ.bal.qui epistulã
Istam fert ab eo argentũ accipies.
Cũ eo simul mulierẽ mitti uolo.salutẽ scriptã dignũ est dignis
Mittere.te si arbitrarem dignũ misissem tibi.
sy. Quid nunc.bal.argentũ des.abducas mulierem.
sy. Vter remoratur.bal.quin sequere:ego intro:sy.sequor.

Pseudolus.

Eiorem:ego hominem.magisq; uersute malum
p Nunq̃ ædepol quenq̃ uidi quam hic est simia
Nimisq; ego illũ hominẽ metuo & formido male
Ne malus item erga me sit.ut erga illũ fuit:ne in re
Secunda nũc mihi obuertat cornua:si occasionẽ cœperit
Cautio est q̃ sit malus:atq; ædepol eqdẽ nolo.nã illi bene uolo :
Nunc in metu sum maximo triplici modo:primũ omniũ
Iam hunc comparem metuo meũ:ne deserat me atque
Ad hostis transeat:metuo autẽ ne herus redeat etiã
Dũ a foro:ne capta præda capti prædones fiant:cũ hoc
Metuo:metuo ne illic huc harpax ueniat:priusq̃ hinc
Hic harpax abierit cũ muliere:pertĩ hercle nimiũ.
Tarde egrediuntur foras:cor conligatis uasis expectat
Meũ:si non educat mulierẽ secũ simul ut exulatum
Expectore fugiat meo:uictor sũ:uici cautos custodes meos
sy. Sycophanta.pseudolus.
E plora nescis ut res sit phœniciũ uerũ haud multo post
n faxo scibis

Accubans:nõ ego te ad illũ duco dentatũ uirum
Macedoniensem:qui lenonẽ flectem facit
Cuiam te esse uis maxime ad eum duco te
Callidorum haud multo post faxo amplexabere:
pse. Quid tu intus.quæso desedisti.quãdiu mihi cor retunsust
Oppugnando pectore:Sy.occasionem reperisti uerbero
Vbi percõteris me insidiis hostilibus:qn hic metimur gradibus
Militaris.pse.atq; ædepol quãq; nequã homo es recte mones
Ballio.Leno.
Abæ nũc demũ mihi animus in tuto ẽ loco postq; iste hic
b Abiit atq; abduxit mulierẽ.mihi libet nũc uenire pseudolũ
Scelerũ caput:& abducere a me mulierẽ fallaciis cõceptis.
Hercle uerbis:satis certo scio:ego peierare mauellem me milies
Quam mihi illũ uerba pderidiculũ dare:nunc deridebo
Hercle hominem:si cõuenero:uerũ in pistrinũ credo ut
Conuenit fore nũc:ego simonẽ mihi obuiam uenire uelim.
Tu mea læticia lætus promiscua siet:
Simo senex.Ballio leno.
si. Iso qd rerũ meus ulysses egerit.iam ne habeat
u Signũ ex arce ballionia.bal.o fortunate cedo fortunatã
Manũ simo.Si.quid est.bal.iã.si.qd iã.bal.nihil est
Quod metuas.si.qd est:uenit ne homo ad te.bal.non.
si. Quid est igitur boni?bal.minæ uiginti sanæ:ac saluæ sũt tibi
Hodie:quas abs te inde est instipulatus pseudolus.si.uelim
Quid est hercle.bal.roga me uiginti minas si ille hodie
Illa sit potitus muliere:siue eã tuo gnato hodie:ut promisit
Dabit?rogato obsecro hercle gestio pmittere omnibus modis
Tibi esse rem ut saluã scias:atq; etiã habeto mulierẽ dono tibi?
si. Nullũ periculũ est.quod sciã.stipularier ut cõcepisti uerba:
Viginti minas dabin.bal.dabũtur.si.hoc quidẽ actunst
Haud male sed eõuenisti hominẽ.bal.immo ambo simul.
si. Quid ait.qd narrat.quæso quid dicit tibi.bal.nugas theatri
Verba quæ in comœdiis solent lenoni dici:quæ pueri sciũt:
Malũ.& scelestũ:& periurum aiebant esse me.
si. Pol haud mentitust.bal.ego haud iratus fui nam quãti refert
Nec recte dicere qui nihil faciat:quiq; inficias nõ eat
si. Quid est quid non metuas:ab eo id audire expecto.bal.quia
Nũnq; a me abducet mulierẽ:iam nec potest.meministin:
Tibi me dudum dicere eã uenisse militi macedonico?
si. Memini.bal.hem illius seruos huc ad me argentũ attullit

Et obsignatũ symbolum.si.quid postea:bal.qui inter me
Atq; illum militẽ conuenerat is secum abduxit
Mulierem haud multo prius.si.bonan fide istuc dicis.
bal. Vnde ea sit mihi.si.uide modo ne illic sit cõtechnatus qppiã.
bal. Epistula:atq; imago me certũ facit.quin illã quidem iam
In sicyonẽ ex urbe adduxit modo.si.bene hercle factũ
Quid ego cesso pseudolum facere:ut det nomẽ ad molarũ
Coloniã:sed qs hic homo est chlamydatus.bal.non ædepol scio:
Nisi ut obseruamus quo eat.aut quã rem gerat.

Harpax.Simo:Ballio:

ha. m Alus & neq̃ est hõ qui nihili impiũ heri sui seruus facit:
Nihili est autẽ suũ q officiũ facere imemor ẽ.nisi adeo monitus
Nã qui liberos esse illico se arbitrantur.ex cõspectu heri
Si sui se abdiderunt.luxuriantur.lustrantur.comedunt.
Quod habent nomen diu.seruitutis ferunt.nec boni ingenii
Quicq̃ in his inest.nisi ut improbis se artibus teneant.cum
His mihi nec locus.nec sermo conuenit:is unq̃ nobilis fuit.
Ego ut imperatũ est.& si abest hic adesse herum arbitror.
Hunc ego illum metuo:cum hic non adest.nec cum adsiet.metuã
Ei:rei operam dabo.nã in taberna usque adhuc:fineret syrus:
Cui dedi symbolum mansi:ut iusserat:leno ubi esset domi
Me aiebat arcessere:uerum ubi is non uenit:nec uocat:
Venio huc ultro:ut sciã:qd rei siet:ne illic homo me ludificet.
Neque quicq̃ est melius:q̃ ut hoc pultem:atque aliquem
Euocem hinc intus:leno argentũ hoc uolo a me accipiat
Atque emittat mulierem mecũ simul.bal.heus tu.si.quid
Vis.ba.hic hoc meust.si.quidũ.bal.quia præda hæc mea est
Scortũ quærit habe argentũ.tam admordere hunc mihi
Lubet.si.iam ne illũ cõmesurus es.bal.dũ recens est.
Dũ datur:dũ calet:deuorari decet:nam boni uiri
Me pauperant: improbi alunt:augent rem meam mali.
Populi strenui mihi improbius uisi sunt.si.malũ quod
Tibi dabunt ut scelestus.har.me nunc cõmoror cũ has fores
Non ferio ut sciam sit ne ballio domi!bal.uenus mihi hæc
Bona dat.cum hos huc adiicit lucrifugas:damni
Cupidos:qui se suamq; ætatẽ bene curant:edunt:bibunt:
Scortantur:illi sunt alio ingenio:atq; tu:qui neque
Tibi bene esse patere:& illis quibus est inuides!
ha. Heus ubi estis uos.bal.hic quidẽ ad me recta habet rectã uiã
ha. Heus ubi estis uos.bal.heus adolescens qd istic debetur tibi

Bene ego ab hoc prædiatus:si bono in bona scæna est mihi.
ha. Ecquis hoc aperit.bal.heus chlamydate.qd istic debet tibi.
ha. Aedium dominũ:lenonẽ ballionẽ quærito.bal.quisqs
Es adulescens operam fac compendi quærere.har.quid iam?
si. Quia te ipsus corã præsens præsentẽ uides.har.tun in es
Chlamydate cauesis tibi acurio infortunio:atq; in hunc
Intende digitũ hic leno est.bal.at hic est uir probus
Sed tu non es uir:flagitare sæpe in clamore in foro
Cũ libello nusq̃ est nisi quod leno hic subuenit tibi.
ha. Quin tu mecũ fabulare.bal.fabulor quid uis tibi?
ha. Argentum accipias.bal.iam si dubiũ des:porrexi manũ
ha. Accipe hic sunt quinq; argenti lectæ numeratæ minæ.
Hoc tibi herus me iussit ferre polymachæroplacides
Quod deberet atq; ut mecũ mitteres phœniciũ.bal.herus tuus.
ha. Ita dico.bal.miles.har.ita loquor.bal.macedonius.
ha. Admodum inq̃.bal.te ad me misit polymachæroplacides.
ha. Vera memoras:bal.hoc argentũ ut mihi dares.ha.si tu quidẽ es
Leno ballio.bal.atque ut a me mulierẽ abduceres.ha.ita.
hal. Phœniciũ esse dixit.ha.recte meministi.bal.mane iam
Redeo ad te.har.at maturate propera.nam ppero.uides
Iam diei multũ esse.bal.uideo hunc aduocare etiam uolo.
Mane modo istic.iam reuertar ad te quid nũc fiet simo.
Quid agimus?manifesto hunc hominem teneo:qui
Argentũ attulit.si.qd iam.bal.an ne scis quæ sit hæc res.
si. Iuxta cum ignarissimis:
Edepol hominẽ uerberonẽ pseudolũ:ut docte dolum
Cõmentust.tantundẽ argenti quantũ miles debuit
Dedit huic:atque hominem exornauit:mulierem q arcesseret.
bal. Pseudolus tuus allegauit hũc:quasi a macedonio milite esset.
si. Habes ne argentum abhomine.bal rogitas quod uides
si. Heus memento ergo dimidiũ istinc mihi de præda dare
Cõmune istuc esse oportet bal.quid malũ id totũ tuum est.
Quã mox mihi opam das.si.tibi do ecquidem.bal.qd nũc
Mihi ex auctor simo.si.exploratorem hunc faciamus ludo
Suppositiciũ.bal.adeo domi cũ ipsus sese ludos fieri senserit.
bal. Sequere quid ais nempe tu illius seruos es.har.planissime.
bal. Quanti te emit.har.suaq; in pugna uirium uictoria.
Nam ego eram domi imperator sũmus in patria mea.
bal. An etiam ille unquam expugnauit carcerem patriam tuam.
har. Cõtumeliã si dices.audies.bal.quid tun hodie

Ex sicyone huc peruenisti.har.altero ad meridiem.bal.strenue
Me hercule isti:quis pernix hic est homo ubi suram
Aspicias:scias posse eum gerere crassas compedes
Quid ais tu ne etiã cubitare solitus es in cunis puer?
ha. Scilicet.bal.etiam ne facere solitus:es scin quid loquar.
ha. Sani ne estis.bal.quid hoc quod te rogo.
Noctu in uigiliã qñ ibat miles:tum tu ibas simul.
Cõueniebat ne in uaginã tuã machæra militis?
ha. I in malã crucẽ.bal.ire licebit tibi tamen hodie tẽpori.
Ha. Quin tu mulierẽ mihi emittis:aut reddis argentũ.bal.mane.
Ha. Quid maneã.bal.chlamydẽ hanc cõmemores
Quãti cõductast.har.qd est.bal.qd meret machæra.
Ha. Heleborũ hisce hoibus opus est.bal.eo.ha.mitte.
bal. Quid mercedis petasus hodie domino demeret.ha.qd domino
Quid somniatis:mea eqdẽ hæc habeo omnia
Meo peculio empta nempe qd fœmina sũma sustinet.
Nũc tibi sunt.senes fricari sese ex antiquo uolunt
bal. Respõde obsecro hercle hoc uero serio quod te rogo.
Quid meres quãtulo argenti te cõduxit pseudolus.
ha. Qui istic pseudolust.bal.pceptor tuus q te hanc fallaciã
Docuit:ut fallaciis hinc a me mulierẽ abduceres.
ha. Quẽ pseudolũ quas tu mihi predicas fallacias
Quẽ ego hominẽ nullius coloris noui.bal.nõ tu istinc abis
Nihil est hodie istius sicophantiis quæstus.pin tu pseudole
Nuncies adduxisse aliam prædam qui occurrit prior
Harpax.har.is quidẽ ædepol harpax ego sum.bal.immo
Aedepol esse uis:purus putus hic sycophanta est.har.ego tibi
Argentũ dedi:& dudũ adueniẽs extẽplo symbolũ seruo tuo
Heri imagine obsignatam epistolam hic ante hostiũ
bal. Meo tu epistulã dedisti seruo:cui seruo.ha.syro
bal. Non confidit:sycophanta hic neq̃ est.nugis meditatur male
Aedepol hominẽ uerberonẽ pseudolum:ut docte dolũ
Cõmetust:tantundem:argenti quantũ miles debuit
Dedit huic:atque hominẽ exornauit:mulierẽ q abduceret.
Nam illã epistulã ipsus uerus harpax huc ad me attulit.
ha. Harpax ego uocor:ego seruus sum macedonis militis.
Ego nec sycophantiose quicq̃ ago.nec malefice.
Neque istum pseudolũ mortalis qui sit noui neque scio
si. Tu nisi mirunst leno plane perdidisti mulierem.
bal. Aedepol næ istuc magis magisq; metuo:cũ uerba audio.

si. Mihi quoq; ædepol iam dudũ ille syrus cor perfrigefacit
Symbolũ qui hoc accepit:mira sunt pseudolus est
Eho tu qua facie fuit dudũ:cui dedisti symbolũ
Ha. Rufus quidã:uentriosus : crassus:syrus:subniger.
Magno capite.acutis oculis ore rubicundo:admodũ
Magnis pedibus.si.perdidisti postq̃ dixisti pedes.
Pseudolus fuit ipsus:actũ est.bal.idẽ etiã morior simo.
si. Hercle aut te sinam emoriri:nisi argẽtum mihi redditur
Viginti minæ.har.atque etiam mihi aliæ uiginti minæ.
bal. Auferetur id præmium a me quod promissi per iocũ.
si. De improbis uiris auferri præmiũ:& prædam decet.
bal. Saltem pseudolum mihi dedas.si.pseudolũ ego dedã tibi
Quid deliquit dixin ab eo tibi ut caueres centies.
bal. Perdidit me.si.at me uiginti modicis mulctauit minis.
bal. Quid nũc faciã.har.si mihi argentũ dederis.te suspẽdito.
bal. Di te perdant.sequere sis me ergo hac ad forũ.ut soluam.
Ha. Sequor.bal.qd ego pegrinos absoluã.cras agã cũ ciuibus.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia:
Qui illũ ad me hodie adlegauit.mulierẽ qui abduceret.
Sequere tu nunc:expectetis dum hac domũ redeã uia
Ita res gesta est:angiporto hæc certũ est cõsectarier.
Har. Si graderere q̃tũ loquere:iam isses ad forum.
bal. Certunst mihi hũc emortualem facere es natali die.

Simo Senex.

Ene ego illũ tetigi bene autem seruos inimicũ suũ:
b Nunc mihi certũ ẽ alio pacto pseudolo insidias dare.
Quam in aliis comœdiis fit:ubi cũ stimulis aut flagris
Insidiantur:at ego iam inultus promã uiginti minas:
Quas promisi si effecisset:obuiam ei ultro deferam.
Nimis illic mortalis doctus:nimis uersutus:nimis malus
Superauit dolũ troianum atq; uicit pseudolus.
Nũc ibo itro:argẽtũ promã:pseudolo insidias dabo:

Pseudolus seruus ebrius.

Vid hoc siccine hoc fit:pedes statin an nõ.an id uoltis ut me
q Hic iacentẽ aliquis tollat.nam hercle si cecidero uestrum
Erit flagitiũ:pergitin pergere:ha seuiendum mihi
Hodie est magnũ hoc uitium uino est:pedes captat primũ
Luctator dolust profecto edepol ego nũc probe habeo madulsam
Ita uictum excurato.ita magnis mundiciis digni ah itaq; in loco
Festiuo sumus festiue accepti:qd opus me multas agere ambages.

Hoc est homini quãobrem uitam amet. hic omnes uoluptates
In hoc omnes uenustates sunt: deis proximũ esse arbitror.
Nam ubi amans cõplexust amantẽ: ubi ad labra labella adiungit
Vbi alter alterũ bilingui manifesto interprehendũt
Vbi manu mamilla opprimitur: ac etiã si lubet corpora cõduplicant
Manu candida cantaq; dulciferum propinare mitissimã amicic iã
Neq; ibi esse alium alio odio ibi nec molestũ: nec sermonibus
morologis uti.
Vnguenta: atq; odores lentiscos. corollas dari dapsiles. non enim
parce pro mi
Victũ cætero. ne quis me roget: hoc ego modo: atq; herus minor
Hunc diem sumpsimus pothime
Postq̃ opus meum: ut uolui. omne perpetraui hostibus fugatis
Illos accubantis. potantis. amantis. cum scortis reliqui: & meũ
Scortũ ibidem. cordi: atq; animo suo obsequentes: sed postq̃
Exurrexi: orant me id ut saltem adhuc modũ intuli.
Illis satisfacere minime ex disciplina quiui ego:
Qui lenonem capere didici: sed palliolatim amictus
Sic incessi ludibundus: plaudunt partim clamitant me ut reuertar
Occepi denuo hoc modo nolui idem. amice dabã me meæ
Vt me amaret. ubi circũuortor cado. id fuit nempe a ludo itaq;
Dum enitor pax iam pene inquinaui pallium: nimiæ tum
Voluptati ædepol fui ob casũ: datur cantharus bibi.
Cõmuto illico pallium illud posui inde huc exii: crapulam
Dum amouerem nunc ab hero ad herq; meũ maiorẽ uenio.
Fœdus cõmemoratũ. aperite heu simoni me adesse
quis nunciat.

Simo. pseudolus. Bal. Leno.

si. Ox uiri pessumi me exciet foras. sed qd hoc quo modo
u Quid tu uideo ego. pse. cũ corona ebriũ pseudolũ tuũ
si. Libere hercle hoc quidẽ: sed uide statũ: nũ mea gratia
Pertimescet. pse. magis cogito seuiter blanditer ne alloquar
Sed hoc me uetat iã facere: quod fero: si q̃ in hoc spes fuast,
Mihi. pse. uir malus uiro optumo obuiam it.
si. Di te amẽt pseudole: sed in malam crucem:
pse. Cur ego me afflictor. Si. quid tu malũ ergo in os mihi
Ebrius irructas. pse. molliter siste nunc me caue ne cadã:
Non uides me ut mandidus adeam.
si. Quæ ista hæc audacia: si te sic inter dius cũ corolla ebriũ
Incedere. pse. lubet. si. qd lubet pergin ructare in os mihi.

pse. Suauis ructus mihi est. sic sine mõ. si. credo eqdẽ potesse te
Scelus massici mõtis uberrumos quattuor fructus ebibere
In hora una. pse. hiberna addito. si. sed hic tamẽ. pse. haud
Male mones. si. unde onustã celocẽ agere te prædicẽ.
pse. Cũ tuo perpotaui modo: sed simo ut probe tactus ballio est
Quæ tibi dixi effecta reddidi. si. derides: pessumus homo est
pse. Mulier hæc facit: cũ tuo filio libera accubat.
si. Omnia ut quicq; egisti ordine scio. pse. quid ergo dubitas
Dare mihi argentũ? si. ius petis: fateor tene.
pse. At negas daturũ esse te mihi tamen das: onera hunc
Hominẽ: atque me consequere. si. ac ego istum onerem.
pse. Onerabis scio. si. qd ego huic hoi faciã statim ultro.
pse. Et argentũ aufert & me irridet. bal. uæ uictis.
pse. Vorte ergo humerũ hem, bal. hoc ego nũquã ratus sum
Fore me ut tibi fierem supplex. heu heu pse. desine.
bal. Doleo. pse. ni doleres tu: ego dolerẽ. bal. qd hoc auferre
Non pseudole abs tuo hero. pse. lubentissimo corde: atq; animo
bal. Non audes quæso aliquã ptem mihi gratiã facere hic argenti.
pse Non me dicis auidũ eẽ hominẽ. bal. nã hoc nũquã eris nũmo diuitior
pse. Neq; te mei tergi miseret si hoc nõ hodie effecissem
bal. Erit ubi te ulciscar: si uiuo. pse. qd mini tare habeo
Tergum. bal. age sane, pse. igitur redi. bal. quid redeam?
pse. Redi mõ: nõ eris deceptus. bal. redeo. pse. simul
Mecũ potatum. bal. ego ne eam. pse. fac quod te iubeo
Si is aut dimidiũ. aut plus ẽt faxo hinc feres. bal. eo duc me quo uis.
pse. Quid nũc: nũqd iratus es: aut mihi aut: filio ppter has res simo?
si. Nihil profecto. pse. i hac. bal te sequor: quia uocas
Spectatores simul. pse. hercle me isti haud solent
Vocare neq; ergo ego istos: ueq; si uoltis adplaudere
Atq; approbare hunc gregem & fabulam in crastinum
uos uocabo.

Argumentum in penulum plauti.

Ver septuennis surripitur carthaginem
Ossor mulierum emptum adoptat hunc senex
p Et facit heredem: eius cognatæ duæ
Nutrixq; eaq; raptæ: mercatus lycus
Vexatq; amantem: at ille cum auro uillicum
Lenoni obtrudit: ita eum furto alligat:
Venit hanno pænus gnatum hunc fratris repperit.
Suasq; adgnoscit: quas perdiderat filias.

Prologus.

Chillem aristrachi mihi cõmentari lubet:
a Inde mihi principiũ capiã ex ea tragœdia:
Siletecq; & tacete atq; animũ aduortite.
Audire iubet uos imperator histricus.
Bonoq; ut animo sedeant in subseliis.
Et qui esurientes:& saturi uenerint.
Qui edistis.multo fecistis sapientius.
Qui non edistis:saturi site fabulis.
Nam cui paratũ si quod edat nostra gratia:
Nimia est stultitia tessum impransum incedere.
Exurge preco:fac populo audientiam
Iamdudum expecto si tuum officium scias
Exerce uocem quam peruiuis & colis.
Nam nisi clamabis statim te obrepet fames
Age nunc reside duplicem ut mercedem feras
Bonum factum esse dicta ut seruetis mea
Scortum exoletũ nequis in proscenio
Sedeat ni uelictor uerbum aut uirgæ muttiant
Neu designator præteriens obambulet
Neu sessum ducat:dũ histrio in scæna siet
Diu qui domi occiosi dormierunt.decet
Animo æquo nunc stent.uel dormire temperent
Serui ne obsideant liberis ut sit locus.
Vel æs pro capite dent:si id facere non queunt.
Domũ abeant.uitent ancipiti infortunio
Ne & hic uarientur uirgis & loris domi.
Si minus curassint:cum heri ueniant domum.
Nutrices pueros infantis anniculos
Domi ut procurent:neuq; spectatũ afferant
Ne & ipsæ sitiant & pueri pereant fame
Neue esurientes hic quasi hædi obuagiant
Matronæ tacitæ spectent:tacitæ redeant
Canora hic uoce sua tinnire temperent.
Domum sermones fabulandi conferant
Ne & hic uiris sint & domi molestiæ
Quodque ad ludorum curatores attinet
Ne palma detur cuiquam artifici iniuria:
Neque ambitionis causa extrudantur foras
Quo deteriores anteponantur bonis

Et hoc quoque etiam quod pene oblitus fui
Dum ludi fiunt:in popinam pediſſe qui
Irruptionē facite:nunc dum occaſio eſt
Nunc dum ſcriblitæ æſtuant occurrite
Hæc quæ imperata ſūt pro imperio hiſtrico
Bonū hercle factū pro ſe quiſq; ut meminerit
Ad argumentum nunc uiciſatim uolo
Remigrare: ut æqui mecum ſitis
Signatores eius.nunc regiones:limites
Cōfinia determinabo ei rei ego ſum factus finitor
Sed (niſi moleſtū ſit) nomen dare uobis uolo
Comœdias:ſin odioſi ſit dicam tamen
Siquidē licebit per illos:quibus eſt in manu
Carchedonius uocatur hæc comœdia.
Latinæ platus patruus pultiphagonides:
Nomen iam habetis.nunc orationes cæteras
Accipite.nam argumentum hoc hic cenſebit
Locus argumentoſt ſuum ſibi proſcænium.
Vos uiatores eſtis:quæſo operam date
Cartaginenſes fratres patrueles duo
Fuere ſummo genere & ſummis diuitiis
Eorum alter uiuit:alter eſt mortuus.
Propterea apud uos dico confidentius
Quia mihi pollictor dixit qui eum pollixerat
Sed illi ſeni cui mortuus eſt filius
Vnicus qui fuerat ab ſublatus patre puer
Septuēnis ſurripitur carthagine
Sexēnio prius quidē quam moritur pater
Quom iam periiſſe ſibi uidet gnatū unicū
Coniicitur ipſe in morbum ex ægritudine
Facit illum heredem:fratrem patruelem ſuū
Ipſe abiit ad acherontem fine uiatico
Ille qui ſurripuit puerū calydonē auehit
Vendit eum domino hic diuiti cuidam ſeni
Cupienti liberorū oſori mulierum
Emit hoſpitalem:is filiū imprudens ſenex
Puerum illum eūq; adoptat ſibi pro filio
Eumq; heredem fecit:cū ipſe obiit diem:
Is illic aduleſcens habitat in illiſce ædibus
Reuertor rurſus denuo carthaginem

Si quid amãdare uoltis aut curarier
Argentum nisi qui dederit nugas egerit
Verꝰ qui dederit magis maioris nugas egerit.
Sed illi patruo huius qui uiuit senex
Carthaginensi duæ fuere filiæ.
Altera quinquẽnis:altera quadrimula
Cũ nutrice una periere:a megaribus
Eas qui surripuit in anactorium deuehit
Venditq; has omnis & nutricem & uirgines
Præsenti argento homini si homo est leno:
Quantũ hominũ terra sustinet.sacerrumo.
Vosmet nunc facite coniecturam cæterum
Quid id sit hominis cui lyco nomen siet
Is ex anactorio ubi prius habitauerat
Huc cõmigrauit in calydona haud diu
Sui quæsti caula iꝰ in illis habitat ædibus.
Earum hic adulescens alteram efflictim perit
Suam sibi cognatam imprudens:neq;
Scit quæ scit neq; eam unq̃ tetigit
Ita eum leno macerat.neq; quicq̃ cũ ea fecit
Etiãnum stupri neq; duxit unquã neque
Ille uoluit mittere:quia amare cernit
Tangere hominẽ uolt leno:illam minorem
In concubinatã sibi uolt emere miles quidam
Qui illam deperit:sed pater illarum pœnus
Postq̃ eas perdidit mari:terra usquequaq; quæritat
Vbi quanq; in urbem est ingressus illico
Omnes meretrices:ubi quisq; habitant:inuenit
Dat aurum:ducat noctem rogat:post ubi
Vnde sit:cuiatis capta ne an surrupta sit
Quo genere gnata:qui parentes fuerint.
Ita docte atq; astu filias quærit suas
Et is ois linguas scit:sed dissimulat sciens se
Scire pœnus plane est:quid uerbis opust
Is heri huc in portum naui uenit uespere
Pater harũ idem huic patruus adolescentulo est
Iã ne hoc tenetis?si tenetis ducite ne dirumpatis
Quæso finite transigi:hem pene oblitus sum reliquũ dicere
Ille qui adoptauit hunc pro filio sibi
Illi pœno huius patruo hospes fuit

Is hodie huc uenïet:reperietq; hic filias
Et hunc sui fratris filium:ut quidem didici
Ego ibi ornabor:uos æquo animo noscite
Hic qui hodie uenïet reperiet suas filias:
Et hunc sui fratris filium. dehinc cæterum
Valete adeste:ibo alius nunc fieri uolo
Quod restat alii faciant palam
Valete atq; adiuuate ut uos seruet salus.

Agorastocles adulescens.milphio seruus

ag. Aepe ego res multas tibi mãdaui milphio:dubias egenas:
s Inopiosas cõsilii:quas tu sapienter:docte:& cordate:& cate:
Mihi reddidisti oppiparas:opa tua:qbus ꝑ bene factis fateor
Deberi tibi & libertatem & multas grates gratias.mi.scitunst per
Tempus hoc iã est uerbũ si uerbum uetus:nã tuæ blandiciæ mihi sunt
Quod dici solet gerræ germanæ ædepol liræ liræ.
Nunc mihi blãdidicus es.heri in tergo meo tris facile corios
Cõtriuisti bubulos.ag.adamans ꝑ amorẽ si qd feci milphio
Ignoscere id te mihi æquũ est.mil:audi tu magis
Et ego nũc amore pereo:sine te uerberẽ itẽ:ut tu mihi fecisti
Ob nullã noxiã:post id loquar tu mihi amanti ignoscito.
ag. Si tibi lubido ẽ aut uoluptati:sino:suspende:uinci:uerbera.
Auctor sũ sino.mil.si auctoritatem postea defugeris ubi
Dissolutus tu sies:ego pẽdeã.ag.ego ne istuc ausim facere ꝓsertim tibi
Quin si feriri uideo te exẽplo dolet.mi.mihi qdẽ hercle
ag. Immo istuc mauelim.mil.sed qd nũc tibi uis.ag.cur ego
